

27. 10. 83





changes in phisico  
& genetique  
& de anima.

l'dralogg methap<sup>o</sup> introduct<sup>o</sup>

Bar - 11

27. 10. 34



Chitones in physico  
de gرزه  
& de anima.

1/3 dralogs methap<sup>o</sup> introduct<sup>o</sup>

Bar 1 11

*Ells 2<sup>o</sup> 7<sup>o</sup> b cclvga.*

JUDOCI  
CLICHTOVEI  
NEOPORTUENSIS,  
IN PHYSICAM PARAPHRASIM  
JACOBI FABRI STAPULENSIS  
SUPER ARISTOTELEM,  
COMMENTARIUS.

COMPLUTI: Per Joannem Brocarium M.DXL.

IN COMPLUTENSIS SCHOLÆ; EJUSQUE CLARISSIMI  
Fundatoris laudem; atque in hujus Libri recentem impressi-  
onem *Sylva*, per Franciscum Sanctum de Molina Toletanum.

Fama exat Hispanos in duis puglia. Matis  
Ire animis priores; tantumque micantia spinis  
Agrinaria; et horrenti favidintia classica carni  
Expetue; et vitam belli pro laude pacisci:  
Nec Phœbi curare melos: doctamque Minervam  
Spennere: nec dulcis pulchras Helionis alumnas  
Miraxi: multoque minus precepta Sophorum  
Ville sequi, et physicis animos intendere chartis.  
Præsa fides raseat; Gleant præconia fama.  
Antiquæ: et belli concedat lausca Musis:  
Atque abire totum resonet nova fama per Orbem,  
Hispanos jam colla jugo submittere Phœbi:  
Pueridaque omnes tytar in tecta vocare,  
Perpetuaque illic manus suas ponere sedes.  
Nam schola Compluti paucis suæxit ab annis  
Iberici fundata manu; quam maximus ille  
Cardino Presul posuit decoratus Honore  
Nomine Franciscus longo celebrandu in evo;  
Nam pietate, fide, factu supereminet omnes,  
Et quos nostra medo, et quos scuta præsa tularent.

Primus hic in Patriam fælici sydere ductus  
Aonio rediens deduxit vertice Nulas;  
Exigitque illi magnumque amphunque Iugum  
Sumptibus immodiciis; quo phœnix turba virosum  
Confluit, et Sophis quærit penetralia sacra.  
Hic juvenum numerosa manus, quis lubrica virg.  
Semita non fallit, celari vestigia passu  
Flectit, ut Aonidum scienti guttuce fonte  
Hauiat, atque animo, preceptis formet honestis.  
Hic genit omne vigeat Sophis; genit omne liborum  
Volvitua; et dotti juvat impallie cum chartis.  
Hic multi ingenuis iugulant artibus; alio  
Naturez arcanis; ac rerum noscere causas  
Quærit: at hic potius flattery corda receperit  
Sæcæ Theologij, que cœb' affondita pandit:  
Virtutique iram; et Sacri mysteria Patrii,  
Qui Deus grecus; qui fortis si non alto  
Conspicitur celo; qui curcta in scula Verbum  
Gignit; et equalis simus est utique poterit:  
Atque ambo pariter sacro spirare numen  
Pneumatici

Pneumati effundunt: quorum substantia simplex:  
Pax tribus est Numen, decus, et inponens, et unum  
Imperium, sine fine manus per secula cuncta.  
O schola tua felix! O deus tuum numine nata!  
Insigni pietate micans, que talia monstrat!  
Gymnosophistarum cedat locu; aurea cedat  
Memphis, et antiquos non tollat in ethera ratu;  
Porticibus celebus non jam mixemus Athenas.  
Quisquid et excellens laudat longeva vetustas,  
Quin etiam vatum silento sonantur priorum;  
Nec jam Caphalio manans fonte liquorus  
Jucundo celebrant cantu; nec Phocidas amne,  
Quo figurant Charytes, quo pulchra linquit Apollo.  
Complevit et Helicon: sunt hic Permessili undique;  
Hic sacra splendent insonia testa Minervae,  
Quo Charybes adeunt, pulchreque invicit Apollo.  
Quid? quod et hic semper cūdendi pugna laborante  
Indeß libris, ac multa volumina mixis

## FINIS.

### IN HOC OPERE CONTINENTUR TOTIUS PHILOSOPHIE NATURALIS

Libri Aristotelici, eorumque Panaphrases Fabri, adjecto ad literam familiaris Clichtovei  
Commentario. Librorum autem nomina, que Literis initialibus indicantur, et in cuiusque folij  
prima fronte annotantur, exunqueordo hic brebita appenduntur.

- P. Octo Libri Physiorum; quorum I. incipit fol. 6. - II. fol. 15. - III. fol. 23. - IV. fol. 31. - V. fol. 45. - VI. fol. 52. - VII. fol. 62. - et VIII. fol. 67.
- D. Duo Dialogi; quorum I. incipit fol. 78. - et II. fol. 84. Postea incipit nova foliorum numerus.
- C. Quat. Libri de Celo, et Mondo; quorum I. incipit fol. 1. - II. fol. 14. - III. fol. 24. et IV. fol. 33.
- G. Duo Libri de Generatione et Corruptione; quorum I. incipit fol. 38. - et II. fol. 48.
- M. Quatuor Libri Meteororum; quorum I. incipit fol. 56. - II. fol. 62. - III. fol. 70. - et IV. fol. 80.
- A. Tres Libri de Anima; quorum I. incipit fol. 93. - II. fol. 104. - et III. fol. 127.
- S. Liber de Seni, et Senato; qui incipit fol. 140.
- M.R. Liber de Memoria, et Reminiscentia; qui incipit fol. 151.
- S.V. Liber de Somno, et Vigilia; qui incipit fol. 156.
- L.B. Liber de Longitudine, et Brevitate vitæ; qui incipit fol. 165.
- Sequitur deinde Introductio Metaphysica, fol. 167. que Quatuor Dialogis declaratur,  
quorum I. incipit fol. 177. - II. fol. 181. - III. fol. 183. - et IV. fol. 187. oboe

**NOTA:** quid primæ hujus Operi frontem circumborant varii effigies. Ita ut, superiore Partem tenet  
medius Alexander Magnus, cuius dextera cinquorū Plato, et Socratis; sinistra vero Aristoteles, et Pythagoras. Dextrum Papus Iatrus effigie binis et binis Speriippus, et Xenocrates; Polemon, et Cæstors:  
Anaxagoras, et Democritus; Syrus, et Prochy. Apuleius, et Manilius; Iuvum autem simil modo  
Thespis, et Callisthenes; Parmenide, et Melissus; Empedocles, et Leucippus; Empedocles, et Themonius; Avicenna,  
et Averrou. Denique Inferiorum Pacem impedit Parnassus cum Novem Musis, quorum Una viuum quem  
dam coronare videtur, reliqui ad spectantibus, et in manibus sua peculiaria signa habentibus.

Eduntur descripta modis, que nulla labore  
Scriniorive manus pinxit, calamurive peperit,  
Sed (mixum) percutit notis resonantur abencis,  
Quod clarum facit iste liber, qui prodit ab omni  
Parre placens, pulchriisque typi descriptus, et illi  
Pungat maculi, quo olim incuria, fudit.  
Et sic sua sensa magis, secretaque cuncta refuder,  
Lector amice, tibi; rerum jam dicere causa  
Hoc monstrante potest, nam sunt loca parva cuncta,  
Quo fuerant fabebit, obductaque scriptis olim.  
O! opus exprimum, ex fulvo pretio sui auro,  
Quale nec ante fuit, veterum nec sedula rale  
Dila manus scriptis, nec magni cura Platonis  
Perfecit, dulcique sensu vicinus Hymneto!  
Hoc schola nostra tibi complevit, et propta laborant,  
Lector amice, modo. Nec cœda Maxima tantum  
Avina moreta animo, et pedora Gentis Iberi,  
Utilium quantum moreant documenta librorum.

## PROLOGVS.

**Dignissimo domino / domino Ludouï**  
CO DE LA CADENA COMPLVTENSIS ACADEMIAE  
Cancellario, & sanctorum Iusti & Pastoris Abbatis, Ioannes Bro  
carius Complutensis Typographus. S.



## Ulm multa sint: Lancellarie dignissime

a nostræ ætatis hominibus in omni disciplinarum genere feliciter elaborata,  
nulli tamen mihi iustus, & presentum, & posteritatis approbationem mereri  
videntur, quā qui veterum scriptis, vel interpretandis, vel dilatandis suam omnē  
operam dicatam esse voluerunt. Cum enī artes omnes a paruis quibusdam ini  
tis profecta per quosdam velut ætatum gradus adoleuerint, & ad quoddam qua  
si iustum robur virilitatemq; peruenient, videntur id ita mihi priscis illis secu  
lis consequitæ, omnemq; adeo explesse æxi sui cursum, vt nihil prope sit relatum, quod illis posterior  
etas adsereret. Fuit illa nimirum sacerdotum felicitas, vt eo partu natura benignitas effunderet, quibus  
per multa secula posteritas frueretur. Quod quidem obscurum non erit singulas artes animo percur  
renti. Primum eloquentia apud græcos excolta copta, deinde ad Romanos pari felicitate translatâ,  
eos habuit progressus, ad eam peruenit amplitudinem, vt tametsi secula non degenerassent, nihil illi  
tamen viderentur additura. Disputandi vero arte, reliquaq; omnes Philosophiae partes, que vel natu  
ram rerum contemplandam, vel formandas hominum mores sibi proposuerunt: ita prope dixerim,  
immodice inuaserunt græci, vt illorum libris lexitandis, si extarent, vix posteritas videretur sufficiens.

Quid de medicina dicam, quā a Philosophia separata esse voluerunt? Mitto Aesculapium, Democri  
tum, & illos fama non scriptis notos. Quis ad Hippocratem, non dico accessit, sed aspirauit? Quis  
non nefas putet aliter de Galeno quā de quoddam sentire oraculo? Iam vero si rem theologiam confide  
res, quam nōnulli, posterorum cura volumen videri & explicatam & locupletatam, quis non intelligit  
ex veterum fontibus hos omnes/quasi rūmos deritatos, nihilq; agere recentiores, quā congerendis ve  
terum inuentis magnas moles artollere: fortassis nō aliquo sine vsu, fateor, modo itidem fateantur, nihil  
se aliud quā veteri argumento nouam comediam scribere. Mutatur adfici facies, sed materia eadem  
est. Neq; vero id dixerim, quā naturam defecisse putem, aut horum ingenia hac quasi desperatio  
ne velim retardari, sed quod existimem magis esse in rem literariam, si semel inuenta in lucem profes  
rantur & in publicos vñs diffundantur, quam si inueniendorum amore detenti, nec in his proficia  
mus admodum, & ab illis excidamus. Quod si antiquorum scripta tam ante haberemus percepta, de  
generis esset animi progredi nolle. Verum cum haec a tergo inexpugnata reliqueris, stulticie est progre  
diendi studio velle intercludi. Et vt ad rem nostram propius accedamus, quis eorum qui se hodie Ari  
stotelici nominis sectatores & conseruatores facant, qui se inter familiarissimos habent illum  
vel de facie nouit. Eius nomen in ore semper habent, ex hoc de prompta/quasi oraculi dicta decantant,  
non damno, tribuantur hoc famæ tanti viri, vt vel nomen solum venerabile sit. Sed illud quero, cur cu  
ius se nomine venditant, scripta negligunt? Volunt se hoc titulo cōmendari, atq; hos fumos spargere,  
& principis quasi gratiam vendere, & illum piget consulere, vnde responsa mortalibus reddant. Agge  
runt libris libros, moles molibus, crescit interim certacea supplex, & nunquam sumenda volumina, qui  
bus mīrificos inscribunt titulos, Prædicabilia, Prædictamenta, Peripherimias, Physica, aliaq; item  
innumerā. Quis nō putet his Aristotelis interpretationē contineri? quis non ex his titulis putet thesau  
ros, qui per tot tempora latuerunt, effosso? At ille, vñā non pro his carbones inueniat. Dicitur sine  
rim ille miser quis eorum se fidei regendum cōmisit per labyrinthos, per ambages inexplicas, per  
fert labores itineris, nec scit quo sit euastrus. Quid enim sciat, cui nec finis, nec materia sue discipi  
lue proponitur, quem nisi nature felicitas, aut diuina quædam fors illustrarit, erret miser, & tanquam  
in alienis regionibus obstupecat. Quid enim sciat quorsum de habitibus, de actibus, de praxi in pri  
mo dialecticis lumen agatur? Non inutiliter fortassis de his differeretur, si quasi auctorium intellecti Ari  
stotelis accederent, sed cum illum tam fortiter contemnas, quā hæc mordicus arrispis, quid est q; ex his  
te Aristotelicum iactes, quæ illum, vel te consentiente, per sancte inrem ignorasse. An vero Aristoteles,  
hæc monstra somniare potuit, quæ quidam finxere non sine magna, vt sibi videbantur, hominum ad  
miratio. Latet cauernosus serpens in intimas latèbras detrusus, & tu mihi longe antrum circuuras  
plaudens & exultans! Interpretetur te fateris, cum illa quorum interpretationem suscepisti, quasi myste  
ria intacta reliquias. Hoc mihi persimile videtur, ac si quis ad urbem munitissimam expugnandam profi  
ciscatur instritus copiis magnoque exercitus apparatu, atq; is primum e longinquo visa ciuitate, inci  
piat

## PROLOGVS.

piat obequitare cāmpis, procurrere, velitationes quasdam & prēlii simulacra meditari, cum muros int̄ tera non solum non tangeret, sed ne ciues quidem illum suspicarentur aduentare, atq; is mihi in partiam gloriabundus redeat, vīctoriam proclamans, ouationes, triumphos postulans. Vbi curius preda onus? vbi captiuū? vbi trophya ex hostibus? Verum ego hos non putarem tantopere infestandos, si modeste de se sentirent, si quod ignorantia fateri vellent, aut discere. Ita nimisrum est, pudet quae imberbes dictere, senes perdenda fateri. Sensere iam primum hoc sēculū vitium Parisienses, cœpereq; obuia ire, vt ab iisdem, & malum & remedium natum videatur, vt si inuentores huius seſte reprehendantur, iisdem & expulsores fuisse dicantur, & apud eosdem, & finis, & principiū huius rei fuerit. Inter quos mihi principes fuisse videtur Iacobus Faber, eiusq; discipulus Iodocus Clifthoueus, ille primū cum Ari stotele congregā ausus, reluctantem, renitentemq; velut alterum Cerberum in lucem protulit, sed non potuit illum ita proferre, vt prorsus illum natura sua, hoc est tenebris, & caligine exueret, palamq; consciendum daret. Contraxit & ille nō nihil ex hac/quasi lucta fuliginis. Eam discipulus pietate in magistrum nou ferens detersurus accessit. Qua in re ita se strenue gessit, vt defatigatum prope magistrum sudore, & puluere conspersum ita recrēat, confirmarit, conciliarit alterum alteri, & vtrumq; mansūfecerit, vt tractabiles prius, & faciles adeuntib; reddiderit. Hos ego simūl cum typis excusis in publicam studiosorum vtilitatem in lucem ederem, cui potius quā tibi dicarem studiorum patrō, literarum amico, verē illius Aristotelē discipline, & scientissimo, & studiosissimo! Hos tu igitur suscipe, & quod facis contra oſores bonarum literarum tuere.

## C VALE.

## PROLOGVS.

Fol. ii.



**V**M. ANTIQVORVM PHILOSOPHORVM PLVRIM posteritati suæ aliquam suorum laborum frugem relinqueret pio benignoq; affectu cogitatint: non vana gloriæ cupiditate illecti, & sine inuidia quidem: perquisi rendis disciplinis vīres animumq; appulerunt, vt laboribus, & vigiliis suis partas inuentasq; disciplinas nostræ instituendæ vītae apprime necessarias relinquerent. **C**Quorum hi quidem tantæ rei pondus ferre non valentes succubuerent. Hi porro quæ conducecent paucia repererunt, aut ad opinionum tenebras demersi, devoluti q; sunt aut obscuris ambagiis legentium mentes natura cognoscendi cupiditas eluserunt. In dieq; ob nostri quidem imbecillitatem illidunt: q; illorum obstrusa sensa, & secreta sententiam nostra cognoscendi non penetret obtusitas. Hi vero ex sublimisbus & eternis istorum caducorum longo interitulo, & pene inaccessibili ab illis distantium scientiam nobis parare curuerunt. Sed infirmus noster admodum intuitus e nostris profundis tenebris ad illos diuinos fulgores omnino deficiens hebetescit. **C**Quæ omnia summus Aristoteles persentiens, & diuino beneficio iustus nostrum fortē miseratus nostra literaria vītae ducem sepe præbuit. Et nos cęco ignorantiæ carceri atq; benignè exemit. Constricti q; sub certo præcepto certaq; regula quæ ad eruditam, & beatam vitam necessaria putauit omnia: non laesite, non inuolute, non in opinionum caligine, sed in teagre, lucide, certe. **C**Et eo ordine eaq; facilitate nobis scientiarum, & virtutum viam patefecit: vt plane videatur ab illo diuino munere nullum excludi voluisse cui quātulūcūq; mētis adesset. Diuinus id bonum putans quod pluribus cognosceret prōfuturum. **C**Et si omnia eius opera mira breuitate & vtilitate sint referta: videri tamen potest eius naturalis editio plurimum admiranda: in qua quidem, vel omnes, & antiquos, & recentiores exuperasse facile consentiunt omnes. **C**Cuius & nos diuino beneficio confisi: non vana similiter gloriæ cupiditate allesti, & sine inuidia: sed solum vtilitatem aliquam ad ferre cupientes Paraphrasim ordinare suscepimus. Etenim benevolentia Peripateticos prosequor omnes: & præsertim summū Aristotelē omnium vere philosophantum ducem: vt si quid ex illorum disciplinis depropinq; quod vīle, pulchrum, sanctumq; putem, id omnibus cōmunicatum esse velim, quo omnes vīa mecum ipsorum rapiantur amore, ipsorum digna veneratione prosequantur et amēt. Optoq; omnes ita in ipsorum proficere disciplinis vt (quæ nosip̄ ob partas ingeniī vīres minus sufficienter complemus) ad cōmūnem omnium vutilitatem explant, ad finēmq; perducant. **C**Si quos tamē hæc nostra scripta iuuabunt: admonuisse velim in hac sacra Philosophia semper Aristotelē, aliquid arduū moliri. Et cum de caducis, ad horamq; transitoris agat: pariter diuina tractare. Imo vero hanc totam sensibilis naturæ philosophicam lectiōrem ad diuinam tendere: & ex sensibilibus intelligibilis mundi parare introitum. Qui inuestigationis modus nobis cōnatūtalis, congeueusq; (vt ipsi placet) habetur. **C**Id præterea animaduertere licet Peripateticos opiniones tanquā grandem, & pēnoxiām inctis peſtem fugere. Ad quam prorsus deustantam passim suorum dictorum sanam intelligentiam expetunt. Et singula secundum subiectam materiam volunt esse intelligenda. Et omnia Physica Physice intelligunt: & Metaphysica diuine: & Logica, logice. Voluntq; singula in propriis locis: & ex propriis esse disquirenda. Est enim ex propriis vīnaquæq; disciplinarum ratiocinatio. **C**Et nulla discutunt nisi duorum cognitione præcedente atq; prævia. Primum est quid sit vīnūquodq; eorum quæ discussienda assumuntur. Secundum quæ principia prænoscenda sint ad id quod efficere stūdent. Quæ publica intellectus, & disciplinarum sunt lumina: & ex aliorum propriorum principiorū luminib; nequaquā dīnoscenda. Quæ si dignitates, proloquia, cōmuneue scientie existant: talia sunt ut nos ipsi mente dīſsentire non putent: & quæ statim probantur aitida. Si suppositiones, plerūq; subobscurores habentur: vt qualicunq; declaratione egeant, sed non principiorum. **C**Ad quæ ponunt inductionem viam habere. Etenim inducō talium immediatarum propositionum. Præterea indīgnū putant: & a Philosophia dignitate quāplurimum alienum in Sophisticam expositionem incidere, & amīca Sophistarum syncategorematā sequi: vimq; in ipsi vīlla facere. Idq; dānandum ea constantiē esse: qua Socrates, Euthydemus, Dionysodorusq; perditos sophistas damnat, quorum studium (vt ait) vilissimum est. Et qui in eo versantur, ridiculi. Et vītum hoc longe detestabilius in sapientia caderet, quanto studium hoc diuinius esse debet. Et contra hæc alta & sublimia dogmata captivas orationes texere, machinamentaq; sophistica: ridiculus esse videntur quā terram oīm ridiculam simbolam in contemptum deorum peperisse. Sed missa hæc faciamus, non sunt enim eiusce rei amīmēndi quos verus allexit philosophicus amor. Id insuper te latere non debet, per totam Aristotelis philosophiam abdītam, latenterq; esse quandam secretam Analogiam perinde atq; per totum corpus sparsus, fususq; tactus est. Sine qua (vt sine tactu corpus) nostra philosophia inanima est vītæq; expers. Quam (si Deus hanc mihi largiatur gratiam) in cōmentariis aliquantulum detegam, non quidem omnino. Tanta enim estis virtus est & amplitudo, vt id impossibile putem: sed quantum mihi concessum fuerit. **C**Demum ne ego te plus æquo in prologo demorer: paucis annotatum firma mente teneto. Notas capitū quibus preponuntur prænotoni quid est subseruire. Interiectasq; interim, sed raro dignitates atq; posse

A iii

## PROLOGVS.

tiones. Haec siquidem ut plurimum proprium in litera locum obtinent. Et quando ad physicum intellectum procedimus, si patentissimum de se non fuerit principium, exemplo imperfectaque inductione ut plurimum vtrum, aut aliqua Topica persuasione. Cum vero Physica sciētia traditur, propositionis & assumptionis (quas maiorem & minorem dicimus) si per seipsum manifeste esse non debuerint, suas approbationes subiectum. Et ubi ultimo decumbitur principium est, aut principiū loco positum, ex principione cognitum. Cetera vero tua cura/diligentiaq; adhibita facile teipso deprehendere valebis.

## IOANNIS PELLITARII in naturalis philosophiae cōmenda tionem ad lectores cārmen.

Naturae liber est mundi pulcherrimus ordo,  
Quem dignata dei est scribere dextra manus.  
Et quæcumq; sinu cœlum complectitur amplio,  
Sunt quibus est talis pagina scripta, notæ.  
Eius item Physicæ voces & sensa rediut,  
Quia duce Naturam noscere cuiq; datur.  
Doctus Anaxagoras hoc euoluisse volumen  
Fertur, & Empedocles, Bistonitisq; senex.  
Attamen hos omnes longo discrimine vincit  
Magnus Aristoteles, & loca prima tenet.  
Nam coeli penetrans sumnum, telluris & ima,  
Edocuit totus quicquid hic orbis habet.  
Cuius opus Physicum solito limatus, omni  
Nube procul pulsat, lucidiusq; nitet.  
Nam Stapulensis ei labor hanc mediocre parauit.  
Lumen, & exeruit qua latuere prius.  
Siqua tamen superant minus explorata legenti,  
Quod nōnus adfecit portus, aperta facit.  
Ergo age natura studium complectere lector,  
Et clatum gemina luce, reuolute librum.


Note literæ.

Anaxagoras.  
Empedocles.  
Democritus.  
Trachinus.  
Aristoteles.

## PROLOGVS.

Fol. ii.

## Judoci Lichetouei Neoportuensis in Thiby- sicam Paraphrasim Iacobi Fabri Stapulensis Commentarius.




VIA HIC PROLOGVS. LECTORES MVLTORVM ADMONET, QVAB  
proœcla: totius Paraphrasis in Philosophiam naturalem intelligentia mirum in modum conducunt:  
ea paucis annotanda / & certo ordine digerenda duximus, quo legentum animis tenacis bareant.  
¶ Primum. Aristoteles in tota naturali Philosophia de rebus naturalibus generationi/corruptioni  
obnoxius determinans, ad diuinam pariter aſurgit, & ad celestium naturam cognoscendam viam pa-  
rat / aditumq; pandit. Nempe ex mouentibus physicis, ad primi mouentis metaphysici contemplatio-  
nem euehit / ex temporis successione: ad æternitatis fixam / permanentemq; durationem / ex motu ad  
celestium firmam / & semper eandem stabilitatem / ex huius inferioris machine ordinatissima disposi-  
tione: ad sapientissimi autoris / & rerum principis agnitionem subiecit, vt sequentia aperiens ostendat. Et hic modus investi-  
gandi intelligibilia per sensibilia nobis apprime conueniens est ob nostri intellectus imbecillitatem, qui sublimia a sensu / & mo-  
tu sensu capere non potest nisi ex sensibilibus cognitio paulatim manuducatur. ¶ Secundum. Peripatetici in disciplinis opinio-  
nes summopere fūgiunt. Et recte quidem. Nam opiniones incertitudini annexae sunt / & ambiguitati. Scientia autem cognitione est  
certissima absq; villa mentis fluctuatione / aut vacillatione. Proinde qui ex huiusce Paraphrasis lectione fructum literarum ex-  
peclat: opinionum fidia / & controversias missas faciat / solidissime veritatis vnicā determinatiōne contemptus. ¶ Tertium. Pe-  
ripatetici suorum dictorum sanam intelligentiam experientiam volunt. Vt scilicet eo pælo intelligentur quo modo autores intelle-  
xerunt: & reclam eorum sententiam imprimis tenendam precipiunt. Quia quidem habita / & artis / & doctrine plurimum ha-  
bebitur, quādū ab intentione autoris mens dissentit non deerauerit. ¶ Quartum. Peripatetici singula secundum materiam sub-  
iectam volunt esse intelligenda. Vt quæ in logica dicuntur: logice intelligantur, & quæ in physica / physice accōmodentur intel-  
ligentia. Quæ vero in metaphysica dicuntur, in sensu metaphysico accipiuntur. Et ita in ceteris disciplinis secundum propo-  
sitionem de quo sit determinatio. Quo circa minus apte fecerint: & preter morem Peripateticorum, qui logica metaphysice / aut  
physica logice exponenda duxerint. ¶ Quintum. Precepunt item peripatetici singula in propriis locis / & ex propriis eſe  
disquirienda. Vt quæ logica sunt / in logicis discentiantur / & ex principiis / aut propositionibus logicis. Et quæ physica, in  
physicis / & ex physicis: & ita de alijs. Numquodq; enim suo in loco apte disquiritur: cum ibidem ea ponantur principia / aut  
ex principiis cognita, quorum presidio ipsam inveniatur. Extra hūi autem locum: reſe cognosci potest nihil: cum ea defini-  
per quæ recte debet peruestigari. Quia enim in logicis physica / aut metaphysica exæde disquirerit: cum non habeat logica qui-  
bus altioris discipline questiones dissoluat. Habet item in quaq; disciplina propria principia / aut ex principio cognita, quibus  
que sunt artis comprobet. Non igit adducenda sunt physica / aut metaphysica / aut alterius discipline ad ea ostendenda  
que proponit logica: si ciliq; discipline quod sūt etiā tribueret. hoc Peripateticorum præceptum obseruare velimus. ¶ Sextum.  
Peripatetici nulla disquirunt nisi habita duplice præcognitione, scilicet quid eſt, & quia eſt. Præcognitione quidem quid eſt, ve  
cognoscatur quid, vñquodq; vocabulum in eo/quod discentium est postum designat, & in qua significatio illuc accipiatur.  
Præcognitione vero quia eſt, vt cognoscantur principia ex quibus id habet ostendit esse vera. Quæ quidem principia dicuntur pu-  
blica lumina intellectus. Nam vt lumen ab oculo corporeo per se videtur, & nullus vt videatur indiget: ita principia per se co-  
gnoscuntur esse vera, & per alia principia minime debent manifestari. Principia autem quibus in disciplinis quicquā ostenduntur  
sunt duplia. Quædam vñq; adeo sunt manifesta / vt cognitis eorum terminis statim vera esse deprehendantur, & vocantur dis-  
cusses / sive proloquia / sive cōmunes scientie. Alia vero sunt paulo obscuriora / & aliquantula declaratione ex notioribus ad  
nos indigentia: non quidem declaratione per alia principia, sed per singularia / & minus cōmūnia. Et huiusmodi principia dis-  
cuntur Peripatetici inductione quæ a singularibus ad vniuersale procedit declarari. Nam (vt inquit Aristoteles in secundo Priorū)  
inductio eſt probativa immediatarū propositionum. Quænamodū hoc principium. Contrariū a suo contrario corrupti natum  
eſt, hoc modo manifestatur. Calidum corruptitur a frigido / sanum ab aegro / & bonum a malo. Quicquid igitur habet contra-  
rium a suo contrario corrupti natum eſt. Sed hec ex libris Posteriorum Aristotelis cognoscenda sunt apertus. ¶ Septimum.  
Peripatetici maxime abhorrent sophisticas expositiones, & suppositiones / ampliationes / restrictiones / appellationes / synec-  
dotes / & ceterorum id genus (que sophisticis captionibus solum subseruit) exæclam obseruationem. Quoniam hec in  
seruis / & grauiis disciplinis autorum minime locuti habent, sed reclam eorum intelligentiam potius impeditum. Et id com-  
probatur in prologo exemplo Socratis, qui in dialogo Platonic / qui Euthydemus inscribitur: inducitur confutaret damnareq;  
Euthydemum / Dionysodorumq; fratres sophistis, quos ostendit esse vanos in verborum alteratione certatores / promptos ad  
quodvis dictum / seu verum / seu falsum sit refellendum, vt animos hominum ad seriatos a vanis sophistarum nūgis aueriat.  
Ceterum quā indignum sit contra reſas disciplinas captiunculas sophisticas adducere: ostendit litera exemplo terre, que gravis-  
ter indignata in superos, q; gigantes filios suis fulmine in campis Phlegreis extinxissent vehementer insunuit tanquam monſtri  
quidam paritura. Conuenerat superis / & attorniti circuſtete locum in tumorem sublatum, quid tandem prodigiū inde nascitum  
esset expellant. Itaq; terra quod diuſ stomachum faceret simiam peperit / postremas partes nudas superis ridiculū ostentan-  
tem. ¶ Octauum. Per totam naturalem philosophiam, vt reliquos Aristotelis libros passim analogia (quādū latenter) spargi  
tur, quæ eſt certa rei ad rem proportionis, quæ incerta sunt per certiora comprobans. Eſt enim id docendi genus Aristotelii domesti-  
cum / & familiare, & ad quicquā recte intelligendum facilissimam / & accōmodatissimam præbens viam. Quæ in cōmentarijs Pa-  
raphrasij ad omnium utilitatem adieciſis / ubi locus expedit pro tenuitate nostraj vicinij aperietur. ¶ Nonum. Note singulis cas-  
tis exempli.

A iii

## PROLOGVS.

ibidem preposito, declarant significations terminorum in eo capite cuius sunt note positorum, & siccincte tradunt acceptiones quibus et in loco intenduntur est. Ponuntur tamen interdum etiam in notis principia conaduentia ad demonstrationem eorum quae in textu sequuntur, sed raro admodum nam huiusmodi principia potius in textu adducuntur. ¶ Decimum. Cum physicum principium declaratur, & ad principi physici cognitionem (qua intellexus physicus dicitur) proceditur, id possimum si induit. Elione imperfecta, id est procedere ex uno aut duobus singularibus tantum, sed non omnibus, neq; apposita particula, & sic de alijs quoniam sam autores non exprimunt, supponentes simile esse indicium de singularibus expressis, & his que non immittuntur. Cum vero conclusionis physica cognitionis (qua physica scientia dicitur) paratur: ipsi propositioni sue maior, & assumptioni sue minori continet sua probatio posponitur: quoniam ea expeditior est argumentandi ratio, quam si post totam argumentationem maior aut minor suscipiat probanda. Quod autem post argumentationis conclusionem subditur coniunctione rationali enim nam quia et qui simili p̄ precedentibus annexum, principium est, a quo tota argumentatio suum robur accipit, atque probationis efficaciam. ¶ Figure introductionis.



## Introductio.

## Part III.

### INTRODUCTIO IN PHYSICAM PARAPHRASIM.

Autra est substantiale principiū qd vnicuiq; transmutationi subiectū esse natū est, aut trāsmutationis effectū. ¶ Materia est natura qd vnicuiq; transmutationi subiecta esse nata est. ¶ Materia/subiectū/hyle/potētia/potētia subiectua. ¶ Forma est natura trāsmutationū effectū. ¶ Forma/species/termini/actus primus/substantia lis. ¶ Principia sunt qd cū nō sint ex alijs/neq; ex alterutris/ex ipsis oīta alta sint. Omnia alia: res naturales omnes. ¶ Res autē naturalis est qd constat ex naturis. ¶ Resrum naturaliū genera sunt: Elementa/animalia/vegetabilia/mineralia/mixta imperfecta. Earū vero accidentia (cum eis conueniant) dicuntur secundū naturā. Cūve ro discouenant: contra & præter naturā. ¶ Res naturalis/totū cōpositū/corpus sensibilis hoc aliquid.

**F**igura introductioni physice p̄fixa mūndū sensibile nobis īfiniat de quo queāq; in libro physicoru dicitur/intelligenda sunt: neq; extra eū ferenda est intelligētia. Est autē mūndus sensibilis rerū qd intra cōcaū cōlīmētū vniuersitas. Primus circulus ceteros ambiēs designat cōcaū cōlīmētū; id est, interior est extremaq; cōlīmētū ignis proximā. Spaciū intercedit inter primū circulū. ¶ Secundū: denotat elemētū ignis. Secundus circulus significat cōcaū ignis tāgēs aerē. Spaciū secundū: tercio circulo clausum: ipsum aeris elemētū designat. Tertius circulus/cōcaū est aeris/tāgēs aquā si elemētā secundū naturaliū sūt disponerētur/quo aqua totā terrā operiret. Vērū vi vniūtū fātūtū cōfūtūtū: vna pars detrahētur/est aeris proximū quare cōcaū aeris nūc partim quide aquā/est partim terrā tāgēs. Deniq; spaciū tertio/est quarto cōcaū circulo elemētū aquā designat. Quartus vero circulus/cōcaū est aquā tāgēs terrā. Terra ante insimā nō claudit alia elementa suo ambitu: sed subscidet omnib;. Et hī quathor elemētis itidē cōtinētū corpora naturalia mixtae mineralia ī terra/viscerib; vegetabilia partim terra/est partim aeris/alia vero hēc in aerē hēc aquā/est illa terra subſſūtū. ¶ Deinceps septē circuli minores ordine dispositi significat ea qd in hac introductione determinantur. Et quātū dūtaxat quatuor librorū physicoru materia cōplicē videtur: iūis tamē intellectū sufficiēt habent in oīs physicoru libros introductionis. Et horū primū quide circulus primo re p̄det libro physicoru/secundus secundū tertius/est quartus: tertio quintū/sextū/est septētū/quarto. Cūque quicquid cōculo sūt respondet introductione caput. ¶ In primo itaq; natura diuidit in materiali & formā. Res autē naturalis ibide ponitur: qd ea illis determinatur ut toto ex his partibus constituta. ¶ In secundo circulo causa diuiditur primū in causam materialē/formalē/efficiētē & finale. Secundo in causam propinquā & remota. ¶ Tertio in causam p̄ se & p̄ accidens. Quarto in causā actualē & in causā potētia/sue potētia. ¶ In tertio circulo motus ī primis diuidit in sex species/generationē/corruptionē/alterationē/diminutionē/alterationē & mutationē secundū locū. Secundo in motū subiectū/tertiūnū & copiētū: qd dūsio mutuitur p̄ hēc vocabula: subiectū/formationē. Tertiū ī motū p̄ se & motū p̄ accidens. Quarto ī motū acquisitus & depeditus. Quinto ī motū naturalē violentia & indifferētia. ¶ In quarto deit de circulo infinitū diuidit in infinitū primo modo/sue ī prime acceptiōne/secundū tertio modo. Spherula vero vīgra secundū infinitū modo ad latus adiuncta designat infinitū secundū tertio modo: impossibilitātē nō inueniri. ¶ In quinto circulo locū primo diuidit in locū cōmūnē & p̄partiū secundū in locū naturalē violentia. ¶ In sexto vacū diuidit in vacū primo modo secundū & tertio modo: sed in uno illorū modis nō vacū ī mūndū sensibili inveniri posse. sed ētē chilbē modo note nūc & significat. Deniq; ī septimo circulo diuidit in sepius p̄ceptū ī futurū. ¶ P̄ceptū vniūtū cōtūtū qd in hac introductione considerata sunt: diffinitio natura ēst principiū substantiale id est qd ēst substantia: ad excūpētū principia accidentalia ut cōsideratē & lexitē ignis qd nō sunt natura/sed forma substantialis in substance. Et cū ī ea diffinitio diuidit in locū ponatur prior particula ppter materia ponitur posterior ppter formā substantiale/ut virtus qd sequēs diffinitio declarat. Diffinitio ī mox materia ppter superioris declaratur de ḡtū materia diffinitio particula qd nata sit ēst subiecta vniūtū: mutationē ī generationē/corruptionē/āgmentationē/diminutionē: p̄ ita de alijs speciebus: nō qd qd nata sit illas simul suscipere sed viciūm. Neq; materie officiū est qd qualibet ī se trāsmutationē īndiffere rētē recipere: p̄inde atq; ceterū cōscūtū figura aut sigilli efformationē ī se suscipere nata est. hīc materia subiectū dicitur ī potētia passiva/sue susceptiō: qd oīs formas: & substantiales & accidentiaris ī se īsciplat. Qd si tota denōtentur subiecta: id solū grā alteriū p̄tis. s. materia ī accidentē. ut ignis subiectū ī caliditate: & aqua frigiditate. Dicitur ī materia ab antiqua hyle. Forma vero substantialis diffinitur ēst natura qd nata īstrāsmutations efficerē/nō qualibet sine īscrīmētū sed ī se toti cōuenientēs habet aliātē & sigillū nō qualibet īmpressionē/sed solū sibi respondētē effigiat. ¶ Vt forma substantialis ignis efficit trāsmutations igni cōuenientēs & forma aqua mutations aquae naturales: & ita de ceteris. Et enī propriū forma officiū/agere & efficerē trāsmutations: Proinde actū dī/sue actū p̄tis primū est ī p̄ceptū agere. Accidētū autē dicitur actū secundū, qd oīm agētī formā substantialis dicitur. Dī p̄tētē fortia sp̄ēs ī terū: qd materia deterier definitiū, ad ceterā rē naturalē cōstituēt. ¶ Ceterū: fortia agēdētā autē ī natura diffinita est ēst principiū: qd principia hic dicuntur sequēs diffinitio declarat/ut exprimit ad physicoru principiorū rōnē secundū. ¶ Primū. Principia physica nō debet ēst ex alijs principijs: alteriū speciū ī nature cōposita: vt materia nō cōponit ex alijs diversē rōnis principijs: neq; forma, quāuis vīraq; ex eius de rōnis p̄tib; cōponatur. ¶ Scdm. Principia physica nō debet cōstitui ex alterutris: ī primū nō debet cōponi ex secundū: neq; secundū ī primo/ut materia nō cōponit ex formate: neq; forma ex materia. ¶ Tertiū. Ex principijs physici oīa alia sūt. i.e. res naturales oīs natae sunt fieri. Oīa cni expedita sunt secundū materia subiectū. Et qd vniuersali ter sonat apud autores: p̄iculariter (vt efflagitat materia) intelligi debet. Si qdē oīs res naturalis ex materia ī forma duob; principijs physici cōstat, vt offēdit rē naturalis diffinitio qua dī ea ēst qd constat ex naturis, vt materia ī forma substantialis tanq; suis p̄ibus essentialib;. ¶ Qūis enī p̄tes integrāles sint rerū naturaliū ḡtēs substantiales: tamē nō sunt natura/sed rerū naturaliū principia, materia nō ex formā qd sunt ex alijs principijs. s. materia ī forma p̄tali. ¶ Deinde enumerātur rerū naturaliū genera, i.e. species: qd clementia forma ex materia & ignis/aer/aqua/terra. Aīlia, vt species/aves/vermes/et grossib; Vegetabilia, vt arbores/frustices/et herbe. Mineralia, vt autē ferrū/argentū/ferrū/plumbū. Mixta īmpfecta, vt pluvia/ros/pruina/nix/grādo. Et hēc sunt totē res naturales: quātū qdē p̄tes integrāles/sue homogeneas, & eiusdē cum toto denōtationis/sue heterogeneas & diversē denōtationis ī toto, cūia res sunt naturales, sed partis homogeneas/sue teogēnes/sue res rēs partiales tñ.

Academia diffinitio natura ī substantiale principiū id est qd ēst substantia: ad excūpētū principia accidentalia ut cōsideratē & lexitē ignis qd nō sunt natura/sed forma substantialis in substance. Et cū ī ea diffinitio diuidit in locū ponatur prior particula ppter materia ponitur posterior ppter formā substantiale/ut virtus qd sequēs diffinitio declarat. Diffinitio ī mox materia ppter superioris declaratur de ḡtū materia diffinitio particula qd nata sit ēst subiecta vniūtū: mutationē ī generationē/corruptionē/āgmentationē/diminutionē: p̄ ita de alijs speciebus: nō qd qd nata sit illas simul suscipere sed viciūm. Neq; materie officiū est qd qualibet ī se trāsmutationē īndiffere rētē recipere: p̄inde atq; ceterū cōscūtū figura aut sigilli efformationē ī se suscipere nata est. hīc materia subiectū dicitur ī potētia passiva/sue susceptiō: qd oīs formas: & substantiales & accidentiaris ī se īsciplat. Qd si tota denōtentur subiecta: id solū grā alteriū p̄tis. s. materia ī accidentē. ut ignis subiectū ī caliditate: & aqua frigiditate. Dicitur ī materia ab antiqua hyle. Forma vero substantialis diffinitur ēst natura qd nata īstrāsmutations efficerē/nō qualibet sine īscrīmētū sed ī se toti cōuenientēs habet aliātē & sigillū nō qualibet īmpressionē/sed solū sibi respondētē effigiat. ¶ Vt forma substantialis ignis efficit trāsmutations igni cōuenientēs & forma aqua mutations aquae naturales: & ita de ceteris. Et enī propriū forma officiū/agere & efficerē trāsmutations: Proinde actū dī/sue actū p̄tis primū est ī p̄ceptū agere. Accidētū autē dicitur actū secundū, qd oīm agētī formā substantialis dicitur. Dī p̄tētē fortia sp̄ēs ī terū: qd materia deterier definitiū, ad ceterā rē naturalē cōstituēt. ¶ Ceterū: fortia agēdētā autē ī natura diffinita est ēst principiū: qd principia hic dicuntur sequēs diffinitio declarat/ut exprimit ad physicoru principiorū rōnē secundū. ¶ Primū. Principia physica nō debet ēst ex alijs principijs: alteriū speciū ī nature cōposita: vt materia nō cōponit ex alijs diversē rōnis principijs: neq; forma, quāuis vīraq; ex eius de rōnis p̄tib; cōponatur. ¶ Scdm. Principia physica nō debet cōstitui ex alterutris: ī primū nō debet cōponi ex secundū: neq; secundū ī primo/ut materia nō cōponit ex formate: neq; forma ex materia. ¶ Tertiū. Ex principijs physici oīa alia sūt. i.e. res naturales oīs natae sunt fieri. Oīa cni expedita sunt secundū materia subiectū. Et qd vniuersali ter sonat apud autores: p̄iculariter (vt efflagitat materia) intelligi debet. Si qdē oīs res naturalis ex materia ī forma duob; principijs physici cōstat, vt offēdit rē naturalis diffinitio qua dī ea ēst qd constat ex naturis, vt materia ī forma substantialis tanq; suis p̄ibus essentialib;. ¶ Qūis enī p̄tes integrāles sint rerū naturaliū ḡtēs substantiales: tamē nō sunt natura/sed rerū naturaliū principia, materia nō ex formā qd sunt ex alijs principijs. s. materia ī forma p̄tali. ¶ Deinde enumerātur rerū naturaliū genera, i.e. species: qd clementia forma ex materia & ignis/aer/aqua/terra. Aīlia, vt species/aves/vermes/et grossib; Vegetabilia, vt arbores/frustices/et herbe. Mineralia, vt autē ferrū/argentū/ferrū/plumbū. Mixta īmpfecta, vt pluvia/ros/pruina/nix/grādo. Et hēc sunt totē res naturales: quātū qdē p̄tes integrāles/sue homogeneas, & eiusdē cum toto denōtationis/sue heterogeneas & diversē denōtationis ī toto, cūia res sunt naturales, sed partis homogeneas/sue teogēnes/sue res rēs partiales tñ.

## Introductio.

partiales, ut pars signis & radix arboris. Deinde subiungitur divisio accidentum rebus naturalibus inexistentiis, quae eorum aliq. sunt secundum naturam, alia vero contraria sunt rebus naturalibus. Ceterum illa vero est conuenientia, que ipsas consernare naturam sunt, ut caliditas & lenitas ignis secundum naturam conuenient frigiditas & granitas aquae. Accidentia praeter naturam sunt quae rebus naturalibus disconveniuntur, ut eas corrumperet nata sunt, ut aquae caliditas per quam resolutur in vapores, & animali egritudo qua disponitur ad corruptionem. Itaque quicquid est in mundo sensibili, aut est natura, aut res naturalis, aut eius accidentis. Postrem ponitur interpretatio rei naturalis, quae alio nomine dicitur totum & compositum habita ratione ad suas partes, dicitur est corpus sensibile, quod substantia completa sit in mundo sensibili consilens. Denique res naturalis dicitur hoc aliquid, id est tota substantia individua, & una numero.

**C**ausa est ad quam aliquid sequitur. Ad eam vero aliquid sequi est ex ea/ per eam, ab ea, aut eius gratia. Ceterum quod vero ad eam sequitur effectus nominatur. Causa materialis primo est, ex qua cum aliquo fit aliquid. Ceterum vero naturalium materia est, ex qua cuius forma fit compositum. Secundo est in qua aliquid fit, ut in subiecto. Causa materialis secundo, in qua subiectum. Causa formalis est per quam res habet esse. Nam dat esse rei & eam conservat in esse; ipsa namque presente res est, & ipsa suigente perit. Ceterum vero naturalium forma ea est, per quam res naturales existunt. Causa accidens. Causa efficientis est aqua aliquod fit. Conservans/ producens/ corrumpens. Causa finalis est gratia cuius aliquid est. Causa finalis secunda est aqua aliquod nominatur, aut inter quam & esse. Cum haud multae interficiant causae. Remota vero quae nomine communis designatur, aut inter quam & effectum multae interficiant causae. Causa per se est, quae cum ad aliquid suapte natura sit: causalitatis nomine pariter est expressa. Per accidentem autem ea dicatur cum ad effectum non ordinetur, aut causalitatis nomine minime sit expressa. Causa fortuna/neutra. Causa est per accidens eorum quae raro contingunt & alicuius gratia. Fortuna vero causa per accidentem agentium secundum propositum eorum quae raro eveniunt & alicuius gratia. Fortuna mala fortuna. Propositum/ratio/voluntas. Causa in actu est, que simul cum effectu existit. Causa vero in potentia ea dicatur, quae non simul cum effectu existat.

Quid causa. Diffinitionis causa est intelligentia. Causa est ad quam effectus natus est sequi, hoc est ex qua: propter materiam/ per quam, propter formam/ vel a qua, propter efficiens/ aut cuius gratia, propter finem/ aliquis effectus natus est fieri. Effectus autem est quod ad causam sequi natu est, id est quod ex ipsa fit: propter effectum materie/ aut per ipsam; propter effectum formae/ aut ab ipsa, propter effectum efficientis/ aut gratiae ipsius, propter effectum finis. Deinde vnaquaque causa est particulariter diffinita, & primo causa materialis quae

Cause materialis divisio. Quiditur in causam materialis, primo modo/ sive prima acceptio, ut in causam materialis secundo modo, & in secunda significacione. De causa materiali, primo exemplu, ut lapis est, id ex quo cum aliquo, scilicet figura statua sit statua lapidea, & aurum est id ex quo cum aliquo, scilicet figura annuli sit annulus. Et hanc ratio completetur omne materia ex qua/ sive rerum naturalium/ sive artificialium/ sive quorūcumque alterū gubis materia attribuitur. Idcirco diffinition deinde materia ex qua rerum naturalium, quae sit ex qua cum forma substantialis sit totus corporis, scilicet ipsa res naturalis, ut corpore hominis est ex quo cum anima rationali/ sit homo. Causa autem materialis, secundo modo est in qua ut subiecto aliud est/ sive illud sit forma substantialis/ sive accidentalis. Omnis enim forma in materia est ut suo subiecto, & cum ob rem causa materialis secundo dicitur materia in qua/ sive materia subiectiva. Quo circa eadem numero materia si ad rem naturalis cuius est pars consernatur/ dicitur causa materialis primo/ & materia ex qua, & si ad formam substantialis/ aut accidentia quarum ipsa subiectu est, causa materialis secundo/ & materia in qua. De causa formalis exemplu, ut forma substantialis ignis. Quia per eam ignis habet esse. Dat enim ipsa esse ignis & ignis conservat in esse. Ipsa namque forma ignis existere, ex causa ignis est, & ipsa suigente dissecente, a materia, perit ignis. At quia hanc causam formalis diffinition datur de omnibus causis formalibus/ siue physica/ sive non/ idcirco subiungitur diffinitorum forma rerum naturalium, cuius idem quod prius sumatur exemplu, ut forma ignis.

Cause formalis divisio. Nam per eam res naturales vna quidem/ aut plures existunt. Deinde subiectu duo vocabula/ substantia/ accidentis, ipsius cause forma divisionem inserviant in causam formalem/ substantialis/ & accidentalem. Causa formalis substantialis est forma per quam res habent esse substantialia, ut forma rerum naturalium. Causa formalis accidentalis, est forma per quam res habent esse accidentalia, ut per albedinem nix est albicans/ & per frigiditatem aqua frigida. De causa efficiente exemplu, ut adiutor. Nam ab eo aliquid fit, id est natum est fieri, scilicet dominus, & a statuarie fit statua. Etsi triplex quemadmodum sequentes distinctiones ostendunt, scilicet causa operans/ sive causans/ producens/ & corrumpens. Causa efficientis consernans est a qua aliquid consernatur, ut a caliditate consernatur ignis/ a frigideitate aquae/ a producendo/ ut causa efficientis a qua aliquid producitur, ut a forma ignis gignitur ignis, & a calore calor. Causa corrumpens vero est a qua quicquid corrumpitur, ut a forma ignis corrumpitur aqua/ & a calore frigiditas. De causa finali exemplu. Causa finalis primaria est/ causa finalis que ultius in aliud non ordinatur, ut homo comparatus ad ea que sunt in mundo sensibili. Causa finalis secundaria/ sive non ultimata est causa finalis que ultius ad aliud ordinatur, ut animalia rationis immunita ad hominem, & sanitas ad rei conservationem. Postea subiungitur diffinition causa propinquae/ duas sub divisione continens particulas, quarum prima rationem exprimenti respicit, secunda vero conditionem rei. Tunc siquidem causa designatur nomine particulari, quando explicatur nomine singulari/ aut speciei specialissime, ut hic adiutor/ & adiutor res effectu huius domus. Tunc vero inter causam & effectum non multe interierant causae, quando inter ea non mediat eiusdem generis causa/ vel paucis admodum, ut inter filium/ & patrem/ inter nepotem/ & avum. Opposito modo diffinition causa remota duabus itidem diffunctione conexis particulis. Exemplum primae, ut artifex/ & operarius causa sunt remote huius domus, nam communis nomine/ ut generis subalternis aut generalissimi explicantur. Exemplum secundae, ut ipsius filii abanuus/ & avanuus/ causa sunt remote; Nam inter ipsas/ & effectum multas in eodem genere/ sive officiis interierant causae, ut pote pater/ anus/ & proanus,

## Introductio.

Fol. iii.  
Qui ipsius principium. Est enim principium alterius cuiusdam; aut' quorundam principium, contra igitur ita assertores minime interest physici disputare, sed alterius communis artificis dialectici aut metaphysici. Secundo. Non magis est physici disputare contra assertores tantum esse unum ens. Quoniam contra alia quae sunt extraneam orationem, ut contra Heracliti orationem, nullum hominem continuo esse id quod est, sed manifestum est physici non interesse contra huiusmodi extraneas orationes disputare. Nec igitur sua intercrit contra unum tantum esse ens immobile assertores disputare. Secunda conclusio. Similiter physici non est rationes Parmenidis & Melissi solvere. Ratio. Quia non est physici rationes litigiosas solvere, habet enim proprias solvere & eorum qui sua principia non negant, ut Geometri rationem Hippocratis solvunt, non autem Antiphontis rationem. A rationes Parmenidis & Melissi litigiosae sunt, neque enim syllogizant & falsum assument. Ratio quidem Melissi defectuosa magis est & minus apparent. Vnde tamē inconveniens dato multa contingunt. Parmenidis vero ratio infinitus. Rationem enim ita formabat Melissus, si quid est factum; habet principium/ igitur si non est quid factum/non habet principium, vniuersum autem non est factum, igitur non habet principium/quare neque finitum est igitur infinitum. Et cum non habeat vbi mouatur, est immobile. Parmenides vero sua sic. Quidquid est praeter ens/non est ens, quod autem non est ens/nihil est, igitur quidquid est praeter ens/nihil est. At ens & unum cōvertuntur, igitur tantum unum ens est. Tertia conclusio. Non inconveniens videbitur aliquid tisper contra tantum unum esse ens assertores disputare. Nam cōmuni philosophia ad hęc viam habet & dialectica. Quarta conclusio. Non recte dicunt Parmenides & Melissus tantum unum esse ens immobile; ille finitum/hic vero infinitum esse dicentes. Primo. Quia aut capiunt ens vt multipliciter dicatur de substantia/quantitate/& qualitate; quomodo si capiant sine substantia/quantitate/& equalitas cōfuncta sint sine ab initio separata, multa erunt & non tantum unum. Aut faciunt ens vniuersum. Et tunica solū si multa erunt & non tantum unum. Aut faciunt ens vniuersum. Et tunc aut solum significat substantiam; aut solum quantitatem/ aut qualitatem vt genus aut vt species; quod si sic multa erunt & non tantum unum. Et genus enim & species: de pluribus praedicantur. Aut significat vt individuum: & tunc illud ens horum est substantia. Nam aut omnia essent unus homo, aut unus equus, aut una anima numero; que impossibilia sunt. Nec illud ens erit unum accidentem ipsum esse sine subiecto/ quod esse nequit. Nullum enim accidentium a substantia separabile est; sed omnia in substantia esse necesse est. Nec erit ens illud unum ex accidente & substantia constitutum; vt unum quantum/unum quale. Nam multa iam essent & non tantum unum. Secundo. Parmenides dixit ipsum esse finitum; & Melissus dixit ipsum esse infinitum. Non erit igitur illud ens solū substantia. Nam sola substantia neque finita neque infinita est. Quantitati enim ratio finiti & infiniti congruit. Nam magnitudo que transiri potest: finita est. Que vero transiri nequit: infinita. Neque per ideum erit una qualitas; aut una actio aut passio. Nam qualitates/actions & passiones finitas aut infinites per accidens dicuntur. Neque erit illud ens finitum (vt Parmenides) aut infinitum (vt Melissus) solum quantitas. Nam esset accidentis sine substantia substantia. Nec erit una substantia quanta; nam si est substantia quæta: substantia est & quantitas est. Que si sunt: duo vere sunt que sunt. Erunt igitur multa: & non tantum unum est. Tertio. Unum multipliciter dicitur. Primo unum cōtinuitate. Secundo imparibilitate. Tertio ratione: que una eadem rationem habent, vt merum & unum. Quarto actu & potentia. Sed illud ens/unum continuo non erit. Nam multa essent. Est enim continuum in infinitum divisibile. Neque unum imparibilitate. Nam neque esset finitum: quod dicit Parmenides/neque infinitum: quod dicit Melissus. Impossibile enim neque finitum neque infinitum est. Neque tantum erit unum divisione ut tunica & vestis. Nam inconveniens se quereretur ad quod pudebat Heraclitus: quia boni & mali/boni & non boni/hominis & equi/quantitas & qualitas/contraria & contradictiones/disparsiorum/diversorum genetivum eadem erit ratio: & de codem affirmatio & negatio, vt idem erit bonus & non erit bonus. Nam erit non bonus/boni enim & non boni eadem esset ratio/que impossibilia sunt. Neque erit unum actu & potentia/nam statim multa essent: & non tantum unum. Dubitatio. An totius partes, sunt ipsum totum: an multe sunt & diversae. Respondet quamlibet partem esse a toto diversam. Nam si quelibet pars esset toti eadem: quælibet pars cuiuslibet parti esset eadem; quæcumque enim unum & eadem sunt eadem/ illa inter se sunt eadem. Omnes tamen partes simul nihil aliud quam ipsum totum sunt. Quinta conclusio. Postiores inconvenientes orationem unum copulas auferebant aut eas in adiectiva verba mutabant cum prædicaretur accidentis: ne unum esse multa concederent. Ut Licopron suis sequaces dicebant dum taxat homo albus/homo ambulans: & non/homo est/albus:homo est ambulans. Et alii dicebant homo albatur/homo ambulat/dicere non auditentes homo est albus:homo est ambulans. Videbatur enim eis quia verbum est substrahenter/non multa esse significare sed unum simpliciter dicere. Quod autem id non recte faciant patet, quia unum subiecto/ratione multa est, vt Socrates albus & Musicus subiecto idem est/ratione vero multa. Est enim alia ratio Socratis albi & eiusdem musici. Et unum cōtinuum est multa, neque unum & multa repugnant ut credebant. Nam unum subiecto & ratione multa eidem conuenient: & unum actu & multa potentia eidem. Iacet unum & multa eodem modo/ vt unum actu & multa actu: bene repugnat. Non igitur oportuit eos copulas auferre: & alias orationes accidentalium prædicatorum expressorum negare ne unum multa esse concederent; cum id inconveniens minime sit.

I

Notarum secundi capituli declaratio.

Divisio in principio huius capituli idem est quod disiunctio suppositio: hoc est principium ex diuersis partibus disiunctione comm. Quid Atomi? xis constitutum. Atomi in greco/latine indivisibilia dicuntur. Nam a particula negativa est/ Tomos græce/latine diviso dicitur. De Atomis homiomeris exemplum, ut Atomi ossis inter se similis sunt naturae: & totum os similius partium constitutus. Ratio Hippo unit/similiter Atomi carnis/ & Atomi nerui. Hippocrates volens quadrare circulum & consimilare quadratum aequalis contigit. Eius solutio nentis eum circulo: sic argumentabatur. Omnes lineæ duelle ab eodem puncto ad idem punctum sunt aequales. Sed descripto circulo & intra ipsum constituto quadrato a b c d: pars circumferentia ab egrediuntur ab eodem puncto ut a ad idem punctum scilicet b: igitur illa circumferentia pars aequaliter costata est. Et eadem ratione probatur quilibet circumferentia. Eius soluti pars aequaliter costata est: & figura aequales erunt. Ita agumentando Hippocrates Geometriae principia restinbat quidem: sed male applicabat ad lineas unā rectas: & alterā curvam: cum debuerit solum applicare ad rectas. Et in hac descriptione sua similiter quatuor lunule: id est figurae contentae parte circumferentiae circuli est costa quadrati, sic dicta est crescentis lunule similitudinem exprimitur. Ut superficies contenta intra circumferentiae partem a b est costam quadrati a b. Antiphon autem volens quadrare circulum constitutum primum in circulo triangulum trium aequalium laterum: quem Iosephus latus/ equilaterum, vocant. Super cuius quoddam latus deinde constitutum triangulum duorum aequalium laterum: quem dicunt Iosepheli/ aequilaterum/equipedum, sive aequilateral. Rursum super cuilibet Iosepheli latus propinquius circumferentiae alterum Iosepheli minorem constituit, quod (videlicet Antiphon) totiens fuit: quousque nullo amplius intercepto spacio inter Iosepheli latus est circumferentiam in quo ultius posse huiusmodi triangulus formari. Ultimi Iosepheli latus aequaliter parti circumferentiae immo sit ipsa circumferentia pars. At hoc modo erguendo negavit Geometriae principia scilicet superficiem esse divisibilem in infinitum: cum dicat tandem inter ultimi Iosepheli latus et circumferentiam in quo ultius posse huiusmodi triangulus formari. Ultimi Iosepheli latus pars circumferentiae respondentem/nihil superficie clausum iri, quod falsum est in descriptione quoscunq; trianguli semper aliquid superest superficie inter ultimum descripti trianguli latus & partem circumferentiae in quo aliud describatur triangulus. Preferenda Antiphon lineam rectam scilicet latus trianguli facit aequalem linea curvae scilicet parti circumferentiae: que quantitatem semper est curva quod rursum est impossibile. Metaphysica dicitur communis philosophia: ceteras disciplinas inferiores sua quid Metaphysica summa generali arte complectatur: & principia habeant ad omnem disciplinam secundum materiam subiectam in accommodanda. Tantum in positione Parmenidis & Melissi excludit pluralitatem. Vi sit sensus: tantum unum ens est, unum ens est & non sunt plura entia quæ unum, & non diversitatem, sive aliquid: vt exponatur per aliud. De uno continuitate exemplum, vt linea. De uno imparibilitate: vt punctum/vnitas. De uno actu & potentia id est forma & materia: vt homo/equinus. De uno actu: vt totius animalis/cosmologiae linea/tota albedo: que scilicet alterius non est pars. De uno potestate: vt caput animalis/pars linea/aut albedinis. Est enim eorum quodlibet / alterius pars: Sic multa actu sunt multa quorum nullum est alterius pars: vi duo homines. Multa vero potentia sunt multa quæ sunt alterius pars: vi manus caput & pes hominis. Et hæc quantitas: unum actu/unum potentia/multa actu/unilla potencia: ad unum actu non est unum potentia: Patet. Quia dato opposito idem est alterius pars quia unum potentia & non est alterius pars quia unum actu. Secunda. Unum actu non est multa actu. Nam aliquin idem est unum totum: quia unum actu/ & non est unum totum quia multa actu. Id autem esse nequit. Tertia. Unum actu est multa potentia: Nam tota linea est unum actu per diffinitionem: & est multa potentia scilicet sive partes simul sumptus. Quarta. Unum potentia non est multa actu. Nam aliquin idem est alterius pars/ quia unum potentia: & non est alterius pars/quia multa actu. Quinta. Unum potentia est multa potentia. Ut medietas linea est unum potentia: & etiam multa potencia scilicet sive partes. Sexta. Multa actu non sunt multa potentia. Nam aliquin eadem essent alterius partes/ quia multa potentia: & non essent alterius partes/quia multa actu.

Secundi capituli prima divisiō. Rerum naturalium aut unum est principium, mobile aut immobile/finitum aut infinitum. Aut multa principia mobilia aut immobilia/finita aut infinita. Naturales quidem & qui physicae principia non negaverunt: posuerunt unum principium mobile: aliud ignem/aliud aerem/ & aliud aquam. Parmenides autem & Melissus unum principium immobile. Anaxagoras vero & Democritus dixerunt infinita esse rerum naturalium principia: vt pote infinitas Atomos. Anaxagoras quidem infinitas Atomos natura conformati ossis: esse principia ossis. & Atomos carnis esse principia carnis. & Atomos nerui esse principia nerui. Democritus vero infinitas Atomos eiusdem speciei: sive ordinis/ & figura ab initio diversae/ posuit esse principia rerum. Secunda divisiō. Si rerum naturalium principia sunt finita multitudinem: sunt duo/aut tria/ aut quatuor aut alio numero determinato. Et consimiliter dividit possentes naturales dubibus divisionibus istis respondentibus. Prima conclusio. Non pertinet ad physicam disputare contra assertores tantum unum esse ens immobile: vt post Parmenidem & Melissum. Primo. Quia unius artis habet disputare contra negantes sua principia: Vi Geometra disputatione non debet contra negantem Geometriae principia/nec arithmeticis contra negantem principia Arithmeticæ. Qui autem assertur tantum unum esse ens immobile he quare non est disponit in contra negant principia physice. Nam cum dicant illud ens esse immobile & negant motum esse: quod nullus scientie principium est. Et tantum esse unum est emendatur. cum dicant tantum esse unum chrysostomum multiitudinem: quod si idem principium est physice: Rursum si tantum unum sit eiusdem scientiarum. ipsum nullius est principium/ cuius oppositum affrunt: Non enim erit alterius principium: nam tunc plura essent. Nec sui ipsius: Nihil sui ipsius est principium: sed omne principium est alterius eiusdem aut aliorum principiorum. Secundo. Non magis perire ad physicam disputare contra assertores tantum unum esse ens: id est contra Heraclitum positionem. Contra neutrō enim quibus disputat principia habet. At non est physici disputare contra extraneas positiones nullo modo ad physicam pertinentes: igitur neque contra assertores tantum unum esse ens immobile. Nam similis est unius, ratio. Sectiūdā conclusio. Non etiam spectat ad physicam rationes Parmenidis & Melissi solvere. Nam viuisciusq; artificis est proprias rationes solvere: & eorum qui sua principia non negant. Vi Geometriae intentio solvere rationem Hippocratis: vi qui Geometriae principia non negaverit/ non alio solvere.

rationem Antiphonis & Geometriae negauerit principia. Quare non est physici solvere rationes litigiosas / philosophieq; natu-  
rali minime proprias. At rationes Parmenidis & Melissi sophistice sunt. Neq; enim recte concludunt; quare peccant in forma &  
falsum assumunt; quare peccant in materia. Ratio quidem Melissi magis est vicio/a & minus habens apparentie / atq; efficacie  
ad probandum. Nihilominus per eam lapsus est Melissus in errore. Nam vno inconvenienti dato multa contingunt: & ex uno er-  
rōre facile multi surgunt. Parmenidis autem ratio minus est vicio/a. Ambae vero sequenti capite dissolventur. ¶ Tertia conclusio.

Non est inconveniens contra absentes tantum vnum esse ens aliquantulum disputare. ¶ Nam Metaphysicus & dialetoicus (qui  
duo sunt communes artifices) habent viam & principia ad disputandum contra huiusmodi positionem afferentes. ¶ Quartus con-  
clusio. Non recte dicunt Parmenides & Melissus tantum esse vnum ens immobile. Parmenides quidem finitus. Melissus vero in-  
finitus. ¶ Primo. Quia vel capium ens ut equinoce dicitur de substantia quantitate & qualitate (quo quidem modo recte capi-  
te sunt) debet/nam non eadem est substantia & accidentis ratio: vt neq; vni vultus & imaginis eius in speculo) & tunc sine substantia  
quantitas & qualitas coniuncta sint: vt vnum in altero sit tanq; accidentis in suo subiecto: sive ab initio separata: vt vnumquodq;  
eorum per se substantia: multa erunt entia reip/a differentia/ & non tantum vnum: quod est positionis eorum oppositum. Aut po-  
manens vniuersum ad substantiam quantitatem & qualitatem. Et tunc aut significat substantiam aut qualitatem vt genus aut  
vt species. Et si sunt multa erunt entia. Nam & genus & species de pluribus inferioribus predicari nata sunt. Aut ens significat illa  
vt individuum & singulare: & tunc illud ens non erit substantia. Alioquin omnia essent vnu/s homo aut vnu/s equus numero: que  
sunt impossibilia. Nam ex tam diversis que oculis nostris obseruantur: nihil vnum numero constari potest. Neq; illud ens erit vna  
accidentis. Nam cum ipsum solum esset: subsisteret sine subiecto quod impossibile est. Nullum enim accidentium a substantia separa-  
rum subsistere natum est: sed omnia accidentia in subiecto esse necesse est. Neq; huiusmodi ens unum erit ex accidente & substantia  
compositum: vt substantia habens quantitatem aut qualitatem.

¶ Secundo. Parmenides penit illud ens esse finitum secundum dimensionem / & Melissus hoc modo infinitum / igitur illud ens non erit solum substantia. Nam sola substantia & sine quantitate: neq; finita est neq; infinita: cum solum

quantitatis ratio finiti & infiniti primum conveniat. Et quicquid aliud / finitum aut infinitum dicitur id ratione quantitatis est. Nam  
magnitude que partes determinatae quantitatis sumendo, absolvi potest: finita est. Qua vero non potest actu infinita. Et eadem ratio  
ne illud ens non erit vna qualitas aut actio/aut passio. Nam tunc etiam solum esset finitum aut infinitum per accidentem. Qualitates  
enim actiones & passiones solum finite aut infinite per accidentem sunt: vt pote gratia magnitudinis sui subiecti: ad cuius divisionem  
dividuntur, vt albedo tanta est per accidentem quantum est suum subiectum. Neq; illud ens erit solum quantitas. Nam cum quantitas  
sit accidentis/reip/a substantia diffinitorum: accidentis est sine subiecto quod est impossibile. Neq; etiam illud ens erit vna substantia  
quantitas. Na tunc & substantia est/ & quantitas que si sunt duo vere sunt entia reip/a diversa. Erunt igitur multa entia & no tanto

Quantitatem a re quata dicitur. Quattuor vnum: quod est assertionis eorum oppositum. ¶ Tertio. Vnum (ut proposito conductum) dicitur quadrupliciter. Primo vnum conti-  
nuitate vnt lineae. Secundo vnum imparibilitate: vt punctum. Tertio vnum ratio: atq; alteri synonimum: vt merum & vnum.  
Quarto. vnum actu & potentia: vt vnu/s homo/vnu/s equus. Atqui illud ens non erit vnum continuitate: nam tunc multa essent/  
scilicet sue partes in quas continuum sine statu dividitur. Diffinitur enim continuum & sit divisibile in semper divisibilia. Neq; illud  
ens erit vna imparibilitate. Na tunc neq; est finitum quod est contra Parmenidem: neq; infinitum quod est contra Melissum. Im-  
paribile enim neq; finitum est neq; infinitum actu (de quo modo hic solum fit sermo) cum non sit quantum. Neq; illud ens erit vnum

ratione. Nam tunc quatuor inconvenientia sequentur ad que perduxit Heraclitus. Primumq; contrariorum vt boni & mali csa-  
set eadem ratio: quare idem esset bonum & malum. Nam si vnum eorum que eadem ratione dicuntur aliqui conuenient: & alterum  
eadem conuenient, hoc autem impossibile. Secundumq; contradictiorum vt boni, & non boni esset eadem ratio: quare idem erit bonum  
& non bonum & de eodem verificabitur terminus finitus & suis terminis infinitus: quod esse nequit. Nam cum illud sit  
non bonum: consequitur ipsum non esse bonum / & sic idem erit bonum & non erit bonum: quod rursus est impossibile. Tertium  
est q; disparatorum vt boni & equi eadem esset ratio: quare per principium prius adductum idem esset homo & equus: quod  
etiam est impossibile. Quartum est q; diuersorum generum vt qualitatis & quantitatis esset eadem ratio: quare idem esset qualitas  
& quantitas: que sunt ad initio disparata. Id autem esse nequit. Neq; illud ens erit vnum actu & potentia. Nam cum multa es-  
sent vi pote partes eius substantiales/materia & forma. ¶ Dubitatio. An partes totius sunt substantiae sunt accidentes sunt ipsum to-  
tum: an diversae & a toto distinctae. ¶ Respondet philophorus quamlibet totius partem esse ab ipso toto distinctam: vt materia equi  
non est equus: neq; itidem eius forma. Nam si quilibet pars esset eadem: totiusque libet pars cuiuslibet parti esset eadem. Quocunq; enim  
sunt eadem vni & eidem tertio: illa inter se etiam sunt eadem. O mnes tamen partes eiusdem totius simul sumptemque libet sunt  
toti eadem esse & ipsum totum: vt materia & forma equi simul sunt ipsi equus. Et id in metaphysica principium est/ huius verbis exprimi soluit.  
partes simul sunt eadem toti: quemadmodum Mathematicus proloquium habet. Partes quantitatis vt magnitudinis aut numeri  
simil similes: exquantur suo toti. ¶ Quinta conclusio. Posseriores Parmenide & Meliso inconvenientes copulas verbales proposi-  
tionum auferbant/ aut ipsas copulas in adiectione verba mutabant cum praedicarentur accidentis de subiecto: ne vnum esse multa con-  
cederent. ¶ Licophrone. ¶ Sui sectatores dicebant homo albus/homo ambulans ablata copulatio audentes dicere homo est albus/homo  
est ambulans/quia hoc modo loquendo videbantur debere concedere vnum esse multa ac si copula verbalis nota esset diversitas/  
cum potius sit identitatis signum. Alij vero per verba adiectione loquentes dicebant/homo albus/homo ambulans: non audentes dicere homo est albus / homo est ambulans. Quare vnam equipollentium concedentes alteram concedere noluerunt. ¶ Patet conclusio. Quia vnum subiecto & reipsa est multa ratione. Ut idem reipsa est sortes albus & musicus/scilicet ipse sortes:  
sed multa ratione. Dicitur enim sortes rationem substantiae attendendo. Dicitur autem albus quia habet albedinem / & musicus  
quia artem musicam: que sunt diversae qualitatis rationes. Et vnum continuum quod est vnum actu / est sue partes simul sum-  
pte & multa potentia. Neq; vnum & multa omnino repugnant ut credebant: cum (ut nunc ostensum est) vnum reipsa sit multa  
ratio: & vnu actu sit multa potentia; sicut vnu & multa eodem modo sumpta adiuvicem repugnant: vt vnu actu & multa actu

Non enim potest idem esse vnum actu & multa actu: vt superius ostensum est. Neq; tamen semper vnum & multa eodem modo  
do repugnant (vt vnum potentia & multa potentia simili eadem bene coenunt) sed eo modo sumpta: quo littera & textus exprimitur.  
Non igitur fuit auferenda a propositionibus copula: ne ipsa posita concedatur vnum esse multa / cum illud non sit inconveniens.

¶ Terti capitulo note.

¶ Prima Parmenidis ratio. Quidquid est praeter ens non est ens, quod autem non est ens nihil est, igitur quidquid est praeterens non  
est nihil. At ens & vnum conuertuntur, igitur quidquid est praeter vnum nihil est, est igitur tantum vnum. Si autem est tantum  
vnum non habet locum, igitur ipsum est immobile. ¶ Secunda eius ratio. Si illud vnum duidi potest: illud non proprium vnum  
est. Nam eius secilio in infinitum abiens, igitur illud vnum imparibile. ¶ Melissi ratio. Si aliquid est factum ipsum habet principi-  
um, igitur si non est aliquid factum ipsum non habet principium. Ens autem non est factum, igitur non habet principium. Quod  
autem non habet principium non habet finem, ipsum igitur est infinitum, & quod est infinitum locum non habet, ipsum igitur  
immobile est. ¶ Ratio Melissi q; ens non sit factum. Quia aut fieret exente/vt ex non ente, non fiet autem ens ex ente, quia ipsum ens  
est prius q; fieret neq; fieri ex non ente. Nam ex nihilo nihil fit. Non est igitur ens factum. Quod vere est substantia. Id habet principiu-  
m temporis: cuius aliquod tempus sue durationis est principium. ¶ Et illud principium magnitudine eius aliqua magnitu-  
do est sue extensionis principium. Principium magnitudinis: principium rei.

¶ Tertium capitulo. continet sex conclusiones, & tres rationes ad tertiam. ¶ Prima conclu-

sio. Non est difficile rationes Parmenidis & Melissi solvere. ¶ Patet. Quia statim  
sophisticè apparent: & vice versa concludentes & falsum assumentes, igitur. Ratio ta-

men Melissi deterior est & minus apparet. Attamen vno inconveniente dato, inulta  
contingunt. ¶ Secunda. Parmenidis ratio & vice versa concludit: & falsum affit.

¶ Arguit enim sic. quidquid est praeter ens/non est ens: quod autem non est ens/

nihil est, igitur quidquid est praeter ens/nihil est. Cum enim ens dicatur multiplici-

ter: si capiens pro substantia/falsum est. Esto enim q; illud ens substantia non sit

esse potest quantitas aut qualitas. Et si ens capitur pro accidente/iterum falsum est. Nam quod non fue-

rit accidentis / substantia esse potest. Et cum ultra dicit, ens & vnum conuertuntur: esto, igitur quidquid

est praeter vnum/nihil est. Cum vero concludit: igitur tantum vnum est, hoc non oportet. Nam si so-

lum essent alba: simil modo concludi non potest: quidquid est praeter album/nihil est: posita enim sunt

sola esse alba: igitur tantum vnum album est, hoc non oportet. Nam cum assumptum sit verum: conve-

sions est falsum. Et cum ultra argumentatur: est tantum vnum, igitur est immobile. (Nam nullus erit lo-

cus in quo mouetur) hoc non oportet: quia ipsum alterabile esse potest: & partes vt aqua: in toto moue-

ri. ¶ Tertia conclusio. Parmenides ens pro substantia solum capere non potest. ¶ Primo. Quia de illo

ente dicitur accidentis/ vt album aut nigruum aut aliquid aliud. Et tamen nihil est album aut nigruum: Na-

sola substantia est, hec autem accidentis important, illud ens nihil erit. ¶ Quod si dicit album quod vere

est significare: iā multa erunt: Nam albū quod vere est: & quod ei accidit significabit. ¶ Secundo. Quia

si illud ens sit substantia: non erit magnitudo neq; aliorum accidentium vnum. Nam solum erit substanc-

ta: & quod vere est vt homo/animal/bipes. ¶ Quod autem vere est: nullus est accidentis, hoc autem impos-

sibile est. ¶ Tertio. Si substantia esset/ ipsum esset diffinibile/ diffinitio igitur eius diversas partes expli-

cabit que vere sunt: non enim accidentia explicabit. Nam accidentia sunt & absunt praeter subiecti cor-

ruptionem: diffinitio autem neq; diffinitionis pars abesse potest. Vt si diffinatur homo esse animal gressi-

sibile bipes: neq; possibile est hominem non esse animalineq; non esse gressibile: neq; non esse bipede.

Ergo igitur multa que vere sunt: & non tantū vnum ens: etiam ipsum pro substantia capiendo. ¶ Quarta

conclusio. Parmenides non solum ens pro accidente capere potest. Nam cum esset accidentis: esset eius

subiecta substantia. Impossibile est enim accidentis sine subiecta substantia esse. Et cum solum esset acci-

dens: non esset subiecta substantia, esset igitur eadem subiecta substantia & non esset quod est impossibile.

¶ Quinta conclusio. Non recte soluerunt alii qui Parmenidis rationem illud vnum esse imparibile continuum volentes probare. Argumentabatur enim sic Parmenides. Si illud vnum duidi potest: illud proprium vnum non erit. Nam eius secilio in infi-

nitum abiens, non est igitur illud vnum partibile. ¶ Soluebat Xenocrates dicens illud esse ex imparibili-  
bus lineis. Et ne concederet vnum quotidiano modo esse multa (credebat enim illa esse repugnans) dice-

bat quamlibet imparibilium linearum esse illud vnum. Et idem esse magnitudinem & non magnitu-  
dinem/diuisibile & non diuisibile: in parem eroret Parmenidis relabens. Nam inconveniens non est (ut  
diximus) vnum esse quotidiano modo multa, vt vnum actu/multa potentia. Ieconveniens est tamen idem  
esse magnitudino & non magnitudino: partibile & non esse partibile. ¶ Sexta. Ratio Melissi & vice versa con-

cludit: & falsum assumit. ¶ Arguit enim sic. Si aliquid est factum: ipsum habet principium, igitur si no-

est aliquid factum: ipsum non habet principium: hic autem vice versa concludit. Nam ex destruendo ante-

cedente: intendit perire consequens. Et cum dicit: si aliquid est factum ipsum habet principium: cum

principium equum sit: Si intelligit ipsum habere principium temporis: hoc non oportet: vt mo-

mentanea. Si autem intelligit ipsum habere principium magnitudinis: neq; hoc oportet. Sit enim altera-

tiones & imparibilia / quae principium magnitudinis non habent. Et rursus cum dicit. Si non est aliquid

factum: ipsum non habere principium: si intelligit ipsum non habere principium: ipsi esto. Si vero intelligit ipsi non ha-

B iii

de re principiū magnitudinis; hōc nō oportet. Nam & cōlūm & sol & astra principiū sūc magnitudinis habent. Et cum vltra arguit. Quod non habet principiū; non habet finem. Si intelligit quod non habet principiū temporis; non habet finem temporis; esto. Si vero intelligit id non habere finem magnitudinis; hoc non oportet; quod tamen intendit & ex quo sequeretur ipsum esse infinitum. Cum vlt̄ritus arguit. Quod est infinitum non habet locum;igitur est immobile; hoc nō oportet. Nam nihil prohibet partes in ipso moueri & ipsum alterari. Non enim vt alterabile sit requiritur locus. Dicebant Melis̄i sequentes; illud vnum esse vnum specie. Sed quomodo homo & equus & quē adiunscem sunt contraria; eadem specie sunt; hec sane per seip̄a falsa esse deprehenduntur.

**Care substantia dicitur vere esse.** Rationes Parmenidis & Melis̄i in expositione litterā soluntur. Ratio vero Melis̄i qua probare contendit ens non est factum; in fine huius primi libri soluetur. Substantia dicitur vere esse; quia longe perfectior & dignior exstendit genere est substantia & accidentis. Hinc accidentis in relatione ad substantiam dicitur non ens sine ens secundum quid; sicut facies hominis vere est; & in ea verus est color. Imago autem non vere est; id quod apparet; neq; in ea verus est hominis color. Sunt enim accidentia vmbra & imagines substantiarum. De habente principiū temporis; exemplum vt homo equus; nam incipiunt in tempore. Et eadem habent finē separis; qā definiunt in spē. De habente principiū magnitudinis; vt qibet res naturales. Nā sūc magnitudinis primā habet partē determinatā. Habet itidē res naturales oīs; sūc magnitudinis. Nā sūc magnitudinis ultimā habet determinatā partē. Et illorū opposita/oppōsto quog; modo diffinimur. Principiū magnitudinis alio nō ē dicitur principiū rei / vñ alterius est interpretatio.

**T**ertij capitū prima conclusio. Nō est difficile rationes Parmenidis & Melis̄i soluere. Na statim se produnt esse sophistis; ē male concludentes & falsum assumentes; igitur id non est difficile. Ratio tamen Melis̄i plus defectus habet; ē minus apparentia/ & ratio Parmenidis. Nihilominus oportet illam vt hanc soluere. Nam vno inconveniens dato multa contingunt/ & ex vno eius errore nisi extirparetur enascentur multi. Secunda conclusio. Parmenidis ratio & viciose concludit & falsum assūmit. Nam eum dicit; quod non est ens nihil est. Aut capiens pro accidente solum. Et id iterum falsum est. Nam quis illud ens non sit accidentia; tamen potest esse accidentis. Aut capiens pro composite ex accidente & substantia; nam tunc multa essent. Vtterius conceditur ens & vnum convertit; & quicquid est preter vnum nihil est. Sed ex hoc non recte concludit Parmenides tantum vnum esse. Refellitur; a philosopho argumentum posita hypothesi & solum sint corpora alba non sequiur in simili. Quicquid est preter album nihil est; igitur tantum vnum album est. Nam ex antecedente vero inferunt consequens falsum. Negatur præterea quia tantum vnum esset; idcirco sequi ipsum esse immobile; q; nullus est locus in quo moueri possit. Nā būis modi ens & sūc mouatur secundum locum / tamen potest alterari; ad quod non indiget loco. Præterea totius partes vt gutta aqua mouentur in toto vt aqua/ & tamen non sunt in loco saltē acti ut illius entis partes possint in suo toto moueri.

**Solū substantiam naturam esse non posse.** Tertia conclusio. Parmenides non potest sumere ens; solum pro substantia. Nam cum accidentia natūm sit predicari de substantia; ita illo ente praedictari aliquid accidentis vt album aut nigrum; square album est; aut nigrum est. At cum sola ex Parmenidis positione sit substantia; & album & nigrum importent accidentis; nihil est album aut nigrum; igitur illud ens nihil est; quod predicis repugnat. Quod si Parmenides dicas album significare substantiam; ergo multa erint entia. Nam album substantiam significabit; & præterea accidentis in huiusmodi substantia existens. Secundo. Quia si illud ens sit substantia; & ipsum solum si non erit magnitudo neq; albedo neq; aliquid aliorum accidentium. Nam p̄r hypothēm est solum substantia; vt posuit Parmenides. Quod autem est substantia; nulli est accidentis; igitur illud ens non est accidentis. Et cum ipsuī solum sit; nullum sane est accidentis; quod est impossibile. & contra suppositionē Metaphysicam; quia & substantia & accidentia ponuntur esse in mundo sensibili. Tertio. Omnis substantia diffinibilis est; vt supponit logos. Si igitur illud ens esset substantia; ipsum esset diffinibile. Et diffinitio eius explicabit diuersas partes diffinitive; q; sunt substantiae. Non enim explicabit illa diffinitio accidentis. Nam accidentia vere affirmantur & vere negantur de suo subiecto accepto pro eodem; vt sortes est sedens; sortes non est sedens. Diffinitio autem de suo diffinito namque gatur neq; etiam aliqua diffinitionis pars. Vt si animal gressibile bipes ponatur esse diffinitio hominis; neq; animal de homine negari potest; neq; gressibile neq; bipes. Erunt igitur multa per diffinitionis partes significatae; q; erunt substantiae. & non tantum erit vnum ens; etiā ipsum pro substantia capiendo. Aut huiusmodi ens non erit diffinibile; quod est principiū logici oppositum. Quarta conclusio neq; potest Parmenides ens solum pro accidente sumere. Nam si esset accidentis; esset sūc subiectum. Impossibile est enim accidentis sine subiecto; subiectum est substantia; nam accidentis non est subiectum accidentis. Eset itaq; substantia. Et cum solum esset accidentis; non esset substantia. Idem enim non potest esse accidentis & substantia. Eset igitur substantia & non esset substantia; quod est impossibile. Quinta conclusio. Non bene soluerunt aliqui ratione Parmenidis qua voluit probare illud ens esse impartibile. Nam facta hypothēsi q; tantum sit vnum ens; ratio Parmenidis est efficax & recte concludit. Quare perperam soluebat eam Xenocrates dicens illud quidem ens est partibile; sed ex impartibiliis lineis constitutum; quarum quolibet esse illud vnum. Et sic neq; illud vnum esset multa; neq; eius divisio in infinitum procederet. Et tamen esset partibile. Sed labitur Xenocrates in similem errorem Parmenidis errori. Nam cum illud totum ponatur compositum ex lineis quae sunt magnitudines; gatur totum est magnitudo. Et quia est vnum solum ens; ipsum non est magnitudo. Alioquin multa essent scilicet partes magnitudinis in quas dividitur. Eset igitur idem magnitudo; & non esset magnitudo. Similiter quia illud ens ponebatur a Xenocrate compositum ex lineis impartibiliis; ipsum erat divisibile in illas lineas. Et cum quilibet illarum impartibiliū sit illud ens; ipsum non est divisibile; igitur idem est divisibile & non divisibile. Sexta conclusio Melis̄i ratio / & male concludit: & falsum absumit.

**Rationis Melis̄i solutione.** Male quidem concludit in principio cum sic argumentatur. Si aliud est factum; ipsum habet principiū; gatur si non est factū; non habet principiū. Nam in consequentia quae non convertitur a destructione antecedentis inferens destructionē consequentis; committit fallaciā cōsequētis. Præterea cū assumit si aliud est factū ip̄ū habet principiū; si id intelligat de principio ipsi; negandū est. Nā momētanea & instantea facta sūc principiū latē temporis nullū habet; si de principio magnitudinis; iterū falsū est. Nā alteras

iones & impartibilita facta. Iustificū esse incepunt: ē tamē nō habet principiū magnitudinis. Cū deinde dicit. Si quid non est factum non habet principiū. Si id intelligat de principio temporis / admittitur. Si vero de principio magnitudinis negatur. Nam cōlūm sol & astra facta non sunt; sed cum mundo perpetua fuerint: & tamen principiū magnitudinis habent. Et cum vlt̄ritus procedat. Quod non habet principiū / non habet finem. Si id intelligat de principio temporis & sine itidē temporis admittitur. Si vero de principio temporis & fine magnitudinis accipiat id negatur. Nam cōlūm & mundus principiū temporis non habent; & tamen habent finem magnitudinis. Quo circa non recte astrictū ipsum; cū ē infinitum. Cum deinceps arguit. Ipsuī ens infinitum non habet locum quo moueat; igitur ipsum est immobile; non recte concludit. Nam nihil prohibet eius partes in ipso toto moueri sine loci officio; nihil itidē vetat ipsum alterari. Nam ad alterationem faciendam non requiritur locus. Defendantes autem partes Melis̄i dixerunt illud vnum esse vnum specie. Sed id absurdum est. Nam contraria vt calidum & frigidum; similiter disparata vt homo & equus; eadem specie esse non possunt. Quarti cap. note.

Segregatio/extrācio. Congregatio/confusa comixtio. Et est confusacōm res amplius non appareant. Ab ijs quae sunt actu/magnitudinis & paruitatis determinatio sumitur.

Vartum cap. continet sex opiniones antiquorum: duas Anaxagorę rationes; & conclusio-nes Anaxagoram reprobad. rationes ad secundam; & 4. ad tertiam. Secundū naturaliter loquentium opiniones. Prima est ponentium ignem omnium materiale principiū; & contraria raritatem & densitatem formalia. Secunda est ponentium aērem omnium materialē principiū; & contraria superabundantiam & defectum esse principia formalia.

Tertia est Anaximandri ponentium vnum corpus igne densius aere vero rarius; omnium terum esse materialē & contraria illi infinito corpori inserta esse rerum formas. Quarta est Platonis magnū & paruum contraria duo principia rerum naturalium ponentis: & vnam formam & effectum item Ideam. Et in hoc Plato ab aliis differt: quia alii vnam ponunt materialē: Plato autem plures. Alii contraria ponunt formas: Plato materialē. Quinta est Empedoclis quattuor elementa rerum omnium materias esse ponentis: & contraria immixtas formas & duo effectiva/ item & amicitiam: & res in seūm cōcem esse commixtas: & mundū sēpius generari & sēpius corrumpi. Sexta est Anaxagorę infinitas similares Atomos rerum materias ponentis: & contraria immixta formas: & vnum efficiens diuinum intellexit. Et omnes res in omnibus esse adiuicem; commixtas & confusas: & eas generari per segregatiōnem. Dicit enim intellectum diuinum eas segregare & eas facere apparere; quē latebant; & eas corrumpi per congregationem / & mundū dicit semper generari & nūc corrumpi. Et differt Anaxagoras ab Empedocle. Primo. Quia Empedocles ponit tantum quattuor elementa rerum materias. Anaxagoras vero infinitas ponit rerum materias. Secundo. Empedocles ponit duo effectua: Anaxagoras autem vnum. Tertio Empedocles ponit mundū sēpius generari & sēpius corrumpi. Anaxagoras autem mundū ponit semper generari & nūc corrumpi. In ceteris conueniunt. Duērationes Anaxagorę. Prima. Quia videmus ex cōtrariis cōtraria fieri. At impossibile est cōtrariū in suū cōtrariū abire; sunt igitur cōtraria in cōtrariis & omnia in omnibus. Secunda/omne quod fit; aut fit ex ente; aut ex non ente; non autem fit ex non ente. Nam ex nihilo nihil fit. Fit igitur ex ente. Et cū videamus ex quolibet quodlibet fieri; erunt omnia in omnibus & quodlibet in quolibet. Hæ sunt duē Anaxagorę rationes propter quas credebat quoniamlibetrem esse in qualibet: & rerum generationem nihil aliud esse quam rerum a confusa comiūctione segregationem / & apparentiam. Et cuī interrogatur; cum omnia sint in omnibus/ quoniam igitur illa non videntur? Respondebat ea nō videri propter nūmiam eorum paruitatem. Et cū iterum: Cur potius dicendum sit id os; id caro; id sanguis; cum omnia sint in omnibus. Dicebat quando plus esset de osse; dicebatur os; & quando superabundabat caro; dicebatur caro; & quando sanguis; id dicebatur sanguis. nihil tamen est purum aut os; aut caro; aut sanguis; aut aliorum quicquam. Prima conclusio. Inconvenenter Anaxagoras infinita rerum naturalium assignauit principia. Patet quia tollebat rerum naturalium scientiā; in infinitum enim & magnitudine & multitudine quantum sit; notum esse non potest. si igitur rerum naturalium infinitū essent principia; ipsa ē essent ignotā. Nam cōposita cognoscimus; quoniam ex quibus & quot cōposita sint: cognoscim⁹; no ē igit̄ cōveniēter Anaxagoras rerū naturaliū infinita assignauit principia. Secunda cōclusio: nō omnia cōmixta sint in oībus. Primo. Quia impossibile est aīl aut plantā sub quātulacō ē esse magnitudinem aut sub quātulacō ē paruitate; fed determinatē sunt quantitatēs. Et totius magnitudo ex partī ma-gnitudine resultat (voco enim partes / quē a se inūcē & a toto separari possunt). Impossibile est igitur omnia in omnibus esse cōmixta; quoniam enim & homo in milio & equus & planta & quē & quātūta eius caro ē possit infinitis aliis rebus distracta; & quod os & qui nerui & qui arboris fructus. Secundo: si ex finita aqua determinatē quantitatēs carnē reges; & iterū tantam; hōc totiens facere poteris; vt tandem nihil carnis residuum sit. Nam omne finitum per determinatē quantitatēs ablationē tandem consumitur; quo facto relinquitur non omnia mixta ē in omnibus. Tertiā. non quodlibet segregabile est a quolibet. Primo. quia caro magnitudine & paruitate determinata ē. quātūta enim carnis sit eo q; corpus est infinitum sectionē intelligas; in eo tantum q; caro ē non potest; sed tandem ex sectione desineret ē caro; ex minima igitur carne nō ē segregabile aliquid corpus. nā cuī omne corpus ex corporis subtractione statu nūnus ē set caro; minima carne nūnō; quod ē impossibile. nō

notā

notā p materia de

maximo & minimo

B III

**I**gitur quodlibet a quolibet est segregabile. Secundo. quia si quodlibet semper esset a quolibet segregabile: in aliquo finito esset infinita caro & infinitum os: nam per subtractionem determinatae carnis non quam consumeretur neque os: sicut & quodlibet quantum in cunctis paruum esset/continetur infinitum.

*natura* At impossibile est infinitum finito contineri: igitur non quodlibet segregabile est a quodlibet. Tertio quia accidentia habitus & colores a substantia subiecta non sunt segregabiles: non igitur quodlibet a quodlibet est segregabile. ponit enim Anaxagoras & substantias & accidentia simul mixta. Quarto quia inconveniens est Anaxagoram dicere sapientissimam mentem conari omnia segregare & (quia infinita sunt) non posse: & id eam latere/non autem latere Anaxagoram. non igitur quodlibet esse in quo libet/ & quodlibet semper esse segregabile a quolibet contra sapientissimam dei prouidentiam attestari debet Anaxagoras. Quarta. non omnino quod sit/ex specie similaribus sit partibus: vt vult Anaxagoras. Nam lumen non sit ex lumen sed terra & aqua/ & lateres non ex lateribus sed luto/ & domus non ex domibus sed lateribus & lignis/ & aer ex aqua/ & aqua ex aere: vt sepius videmus. Quinta. minus errauit Empedocles finita ponens rerum naturalium principia ipso Anaxagora. Nam rerum natura- lium posse esse scientiam non auferebat: neque plerique cum incomoda sequuntur: que sequitur Anaxagorā.

**[Notarum quarti capituli declaratio.]**

*Quae dicuntur* Segregatio hoc loco est rerum prius latentum extractio. Congregatio vero est rerum prius segregatarum, in chao confusa comixta. Et dicitur confusio res prius apparentes amplius non appareat. Ea sit actu: q̄ tota non sunt alterius partes. Potestis vero: cū finitae res naturales esse determinatae magnitudine & primitate: id intelligentia est de rebus naturalibus: q̄ sūt actu: q̄ tota/ & no de partibus integralibus rerū naturalium: que in tota manentes semper in minores partes diuidi possunt.

*Quae potentia* Vartum sūt primū sex antiquorum naturalium loquuntur & qui physice principia concenserunt opiniones continent.

*Anaximader.* Secunda ponit aerem esse omnium materiale principium: superabundantiam autem est defectum principia formalia inter se contraria. *Plato.* Tertia est Anaximandri ponentis corpus medium inter ignem & aerem esse omnium rerum materiale principium: & contraria illi medio/ in infinito corpori inexistentia esse principia rerum formalia. *Empedocles.* Quarta est Platonis magnum est parvum duo principia materialia adiuvicem contraria ponentis. Ideam principiū formale atq; efficiens.

*Anaxagoras.* Quinta est Empedocles ponentis quatuor elementis esse principia rerum materialia: & contraria illis immixta principia formalia item autem & amicitiam causas efficiens. Sexta est Anaxagorāe ponentis infinitas eiusdem speciei atomos esse principia rerum materialia: & contraria illis inexistencia rerum formas/ diuinum autem intellectum res segregantem esse causam efficiensem. Et differt Anaxagorā ab Empedocle. Primo quia aliam ponit materiam rerum. Secundo quia aliud efficiens quam Empedocles. Tertio quia diversam de mundi generatione ab Empedocle habet sententiam: ut ostendit litera. Due rationes Anaxagorāe quibus probat quilibet rem esse in qualibet. Prima uideremus ex contrariis contraria fieri. Sed impossibile est contrarium in

*Primaria* sui contrariis naturam permutari: igitur contrarium quod sit praecessit in contrario ex quo sit: & ita contraria sunt in suis contrariis: quare a fortiori non contraria sunt in alijs non contrariis: & per consequens omnia sunt in omnibus. *Anaxagore.* Hac autem ratio solvit concedendo contraria fieri ex contrario non manentibus transmutatione facta sed deperditis. Negando tamen contraria fieri ex contrario secundum substantiam manentibus post transmutationem factam. Quare negandum est contraria esse in contrariis: sed ipsorum natura est ab eodem subiecto se mutuo expellere: negandum est itidem omnia esse in omnibus. Secunda. Omne quod fit aut fieri aut ex non ente: Sed nihil fit ex non ente: quia ex nihilo nihil fit: igitur omne quod fit, fit ex ente. Et cum conspicatur ex quolibet fieri quodlibet, consequens est omnia esse in omnibus: & quodlibet in qualibet. Sed haec solvit admittendo omne quod fit fieri ex ente, ut pote materia que in omni generatione praesupponitur. Negando tamen quodlibet fieri ex quolibet. Non determinatum fit ex determinato, & contrarium ex suo contrario ut ex semine oliae fit olina non tritum. Quare non est sententiam cum Anaxagorāe esse quodlibet in qualibet. Et cū interrogabatur Anaxagorāe, si omnia sunt in omnibus: quōmodo ergo non uidentur omnia in omnibus: ut in igne, aqua, aut terra? Respondit solum id uideri de quo plus fit in illo mixto. Cetera vero omnium eorum paruitatem non uideri. Et cum iterum interrogabatur, cum omnia sunt in omnibus: quare res possint uno quam alio quolibet nomine appellantur: & diversis inter se nominibus: ut illud os/ illud caro/ illud sanguis? Respondit unamquamque naturalem ab illo denominari cuius plures habeat Atomos. Ut quando plus esset de osse dicebatur os, & quando plus de carne, dicebatur caro. Nihil tamen dicebat esse purum: & alijs res permixtum os/ aut carnem aut sanguinem. Prima conclusio. Non res

*Eius solutio* Ele dicit Anaxagorāe infinita esse rerum naturalium principia. Patet quia hac sua assertione auferebat Anaxagorāe rerum naturalium scientiam. Infinitum enim tam magnitudine quam multitudine quantum sit notum esse non potest: cum ex quot determinatae quantitatis partibus constitutur constare non possit. Si igitur rerum naturalium principia essent infinita, ipsae res naturales essent ignota. Nam composta cognoscimus, quando ex quibus & quot partibus composta sunt cognoscimus. Quare ex operato si & quot ex quibus partibus totum compostum est non cognoscimus, neque ipsum totum cognoscimus. At si principia rerum naturalium sint infinita, ex quibus & quot partibus res naturales componantur non cognoscimus: igitur neque res naturales cognoscimus, quod est inconveniens. Supponimus enim rerum naturalium haberit posse scientiam. Secunda conclusio. Non omnia commixta sunt in omnibus, ut posuit Anaxagorāe. Primo. quia impossibile est animal aut plantam indifferenter sub qua-

*Res naturales* cīcī, esse magnitudine & qualitate, paruitate: sed ut & cetera res naturales determinatae sunt extensionis: ut sub maiore/ item & minore earum forma substantialis subsistere natū non sit. Et totius rei magnitudo ex partium integralium magnitudine consurgit: hic enim partes vocantur non quae rei essentialem constituant, & neque a seūtū, neque a toto separari possunt: sed quae secundum magnitudinem sumptu totum integrant, & a seūtū & a toto separabiles sunt: ut rami ab arbore. Impossibile est iugis res naturales secundum substantiam in omnibus esse commixtas. Non enim potest homo esse in grano milii, & equus esse plan-

et: neq; ibi hominis caro ab alijs separata, neq; os neq; nervi assignari possunt: neq; istidem arboris rami frondes & fructus, cum impossibile sit maius minore contineri. Secundo. Si ex finita secundum magnitudinem aqua ut pedali/ finitae quantitatis ut digitalis caro segregatur: & iterum tanta, hoc totiens fieri poterit ut tandem nihil carnis in aqua supersit. Nam omnino finitum & magnitudine & multitudine, per determinatae quantitatis ablutionem tandem consumitur. Ut linea decipitalis per ablutionem lineae pedalis decies factam: est denarius per ablutionem binary quinque repetitam. Itaq; segregata ab aqua omni carne, relinquitur non omnia communia esse in omnibus, cum in ea aqua nihil sit carnis reliquum. Tertia conclusio. Non quilibet res naturalis a qualibet secundum substantiam est separabilis. Primo, nam caro (ut & cetera res naturales) magnitudine & paritate determinata est. Quamvis enim caro ut corpus dimensionem possit in infinitum diuidi: neq; unquam denatur ad minimam partem. Ut tandem caro actu, non potest semper diuidi in partes minores quarum quilibet maneat caro actu, sed tandem ex huiusmodi di distinctione decineret esse caro. Deinceps enim ad tam parva materie particulae ut sub ea separatum non esset nata forma carnis conferari. Data igitur per physican petitionem minima carne actu: quia scilicet natura non potest esse minor actu ex ea non est segregabile aliquod corpus. Cum enim omne corpus ex corporis substantia fractio fiat minus: si ex minima carne ponatur segregari aliquod corpus: est caro illa residua/ minima carne minor: quod est impossibile. Nec enim dabile minus minimo: sicut neq; maius maximo. Secundo. Si quodlibet semper esset a quolibet separabile, ut aqua finita/ caro illa per subtractionem determinata carnis nunquam consumeretur: quia ponitur semper separabilis: quare esset infinita actu. Nam omnino finitum per determinatae quantitatis ablutionem tandem consumitur. In aliquo igitur finito esset infinita caro. Immo quodlibet quantucum: parvū continetur infinita magnitudine. At impossibile est infinita magnitudine contineri: immo & minus quis finitū minore, igitur & impossibile est quodlibet a quolibet esse separabile. Tertio. Quia accidentia ut dimensiones & colores a substantia corū subiecto separari non possunt, igitur non quodlibet est a quolibet. Posuit enim Anaxagoras non solū substantias substantias: verū & accidentia accidentibus etiā contrariis pmixta. Quartio. Quia dixit Anaxagoras mēre diuinā conari oīa segregare, sed quia infinita sunt: et id non possiquare in mente diuinā ponit impotentiam: & seruit ad coheri aliquid facere quod non potest. Dicibus enim mentē diuinā neceire omnia quae sunt in Chao (quia infinita sunt) segregari non posse: et tamē se id scire profitebatur, quare in mente diuinā ponit ignorantiā/ sicut.

**T**ertia. Antiqui vacuum posuerunt in quod corpora recipentur: & quod locum nuncupabant: quem locum tunc dicebant vacuum cum corpore priuaretur. Signum est igitur locum esse. **Q**uarta. Etiam antoritate vetustissimi Poet: locum esse confirmation est. Inquit enim Hesiodus perennatus Poeta primum fuisse Chaos/rum omnium receptaculum & locum: qui videtur opiniacionem secutus (quam & alio cum multi) omnia alicubi & in loco esse. Qui si esset locus (ut Hesiodo visum est) mirabilis loci potentia: que omnium prima est: & qua non existente: vt nulla alia sint necesse est: ipso vero existente: non idcirco sint alia. Posuit enim Chaos (priusque res ceterae essent) primum. **S**ex rationes locum esse tollentes. **P**rima. Quod locus non sit videtur primo. Quia aut locus esset corpus: aut alia a corpore natura. Non corpus: quia cum locus & locatum sint: & locatum in loco recipiatur: duo corpora sint: quod est impossibile. Neque alia a corpore natura, nam tres dimensiones habere soli corpori proprium est. At vero locus tres dimensiones habet: longitudinis: latitudinis: & profunditatis particeps. Non est igitur alia a corpore natura. **S**ecundo. Si ponas locum corporis receptaculum: eadem ratione & superficie & linea & puncti ponas locum. Pat enim/eademque ratio est. Sicut enim ubi prius erat aqua: postea ponere esse aereum: etiam ubi prius aquae superficies: linea & puncta & postea illuc aeris superficies: linea & puncta, sed puncti non est assignandus locus: nullam enim dimensionem habet, igitur neque corporis neque aliorum. **T**ertio. Quidquid est: aut est elementum aut ex elementis: quod & verum est & de corpore reis & incorporeis. Nam corporeorum corporea sunt elementa: & incorporeorum incorporea. At locus neque elementum neque ex elementis est. Non enim incorporeorum: quia ex incorporeis & intellectuibus elementis nulla prodit magnitudo. Nec corporis: nam esset corpora in se recipiens: quod esse nequit. **Q**uarto. Qui locum ponunt: causam locato faciunt. Sed neque materia/neque species/neque efficiens/neque eius finis esse videtur: dicat quam vellet! Non est igitur ponendus locus. **Q**uarto. Efficax & vigor em suum retinet Zenonis ratio. Si enim posueris locum esse aliquid: sic dictum refellet Zeno. Quidquid aliquid est: in loco est: locum autem est aliquid: igitur locus in loco est: qui alter locus eadem ratione in loco est: & hoc in infinitum abiit: quod est impossibile: nihil igitur est locus. **S**exto. Qui ponunt locum: omne corpus ponunt in loco esse: pariter & in omni loco corpus. De rebus igitur quae a gentur & crescunt: quantum additur corporis tantumdem addere & loci oportet: & pariter cum corpore locum cretere. Nam neque maior neque minor corpore locus debet esse: quod facile non est videre quin potius videtur impossibile. Sane igitur non videtur locus esse.

**C**Notarum primi capituli quarti Physicorum declaratio.

**C**um in prima conclusione textus dicit: quoniamodo est locus: intelligitur an locus sit per se subsistens: an in alio: **C**um vero secunda conclusio prima ratio dicit: non facile est naturam eius apprehendere/intelligitur: non facile est que res sit locus cognoscere. **H**ermolaus barbarus nostra tempestate de eliaria insigni: Physicis paraphrasum. Themistij in latinam linguam ex grece Hermolaus traduxit: in qua circa hunc locum his utitur verbis. Scandula imbricamentaque adiunxit. Scandula quidem gradus sunt: quod est altius barbarus: rem locum consendamus. Imbricamenta vero sunt impluviatae sive silicidiae: quod in eis imbre regnatur: quae & imbrices dicuntur. Quid scanditur. **C**um prima ratio probans locum non esse: dicit: aut locus est alia a corpore natura / id ita intelligitur: aut locus est res altera: i.e. rius rationis & naturae corporis. **I**n tercia autem ratio locum interirentem/clementem pro substantia simplici sumuntur: que Quid imbris rei cuiuspiam constituit essentiam. **H**ircocerus/monstrum est (ut ferunt) partim Hirci & partim Cerui figuram habens / & clementia græce Tragelaphus dicitur. **S**pinx itidem monstrum est quod fingunt faciem babere virginis penes atlantis & pedes leonis. **H**ircocerus: **H**esiodus/poeta grecus.

**P**rimi capituli quarti Physicorum prima conclusio. **A**d Physicū spectat determinatio de loco: utrum loco est: quid est: & quid est.

**P**rimo. Quia res naturali rerū indagatores crediderunt (et recte) eas esse in loco. Quia enim cōsidererunt ea qd non sunt quae lia sunt Hircocerus/Sphinx: et huiusmodi multiformidae naturae esse non possunt: non esse in loco: idcirco crediderunt omnia que sunt esse in loco. Sed non recte id credunt. Nam supradicta sphæra (ut postea ostendetur) in loco non est. Neque etiam recte argumentantur. Nam ex destructione antecedentis procedunt ad destructionem consequentis. **S**ecundo. Quia physici est de motu

Determinare. Principius autem motuum est rebus naturalibus omnibus conueniens, est motus secundum locum: qui sine loci cognitione haberi non potest; sicut ad Physicam specialiter determinatio de loco. ¶ Secunda conclusio. Consideratio de loco est ardua et difficultas: ut exalte quid sit locus inveniatur. ¶ Primo. Quia ex proprietatisibus loci non facile est quid sit locus cognoscere. Ex aliquibus enim proprietatisibus videtur locus esse materia: quia scilicet recipit in se locata. Et ex aliisibus esse formam quia locata conservat et terminat. ¶ Secundo. Quia licet antiqui de loco determinauerint: omnia tamquam ambigua et problematica relinquentes/ nibil certum quod veritati cognoscendi conducere tradiderunt. ¶ Quattuor rationes locum esse probantur. ¶ Prima. Corpora visum idem spacium occupant: ut ubi prius fuerit unum corpus/ postea sit alterum. Id autem in quo vicissim corpora recipiuntur: esse probantur. ¶ Secunda. locus est/ successione virium, continens quemadmodum dolium prius aquam recipiens/ et deinde unum: sicut locus est. Et non solum est locus: sed etiam res alterum est a quolibet corum que in se recipit: quemadmodum dolium est aliud a vino/ et ab aqua. ¶ Secunda. Unaquaeque res naturalis extra suum locum existens et non prohibita/ in suum locum fertur. Ut igitur mouetur sursus est terra (sicut cetera granaria) in loco deorsum: in quem ubi mota fuerint/ coherentur in eo. Est igitur locus et insuper vim corpora locata conservant (potissimum naturalis) habet. Differentiae autem loci sunt: sursum/ deorsum/ ante/ post/ dextrum/ et sinistrum. Que interdum sumuntur comparatione ad nos habita, ut sursum dicatur/ quod capiti supereminet: deorsum vero/ quod pedibus substratum est/ et subiacet. Et haec variae sunt et indeterminate: nam eidem successione diversae sunt. Nam quod mihi nunc sursum est: si gradus ascendero/ fit deorsum. Et quod nunc mihi deorsum est: si clivus declinatur. loci descendere/ fit sursum. Et quod mihi nunc est: anterius ubi ad oppositum versus fero/ fit retro. Et quod nunc dextrum: si me converto facit sinistrum. ¶ Sed haec differentiae non ita in natura esse habent sed determinate sunt: ut sursum natura est ad quod levior feruntur: ut concavum cœli lumen. Deorsum autem natura est ad quod granaria feruntur: ut concavum aqua. Et haec differentiae non consimiliter sese habeantur relationem ad nos et in natura ostendunt Mathematica: ut circuli trianguli et cetera figurarum genera: que omnium indicio non sunt in loco: et tamen illa/dextra ad nos et sinistra cogitatione atque intellectu effinguntur. ¶ Tertia. Antiqui posuerunt corporum receptaculum: quod cum corpore priuaretur/ appellabant vacuum: cum vero corpora in se recipiebat/ appellabant locum: igitur locus est. ¶ Quarta. Hesiodus antiquus poeta posuit primum esse chaos in quo omnia confinebantur, et (quemadmodum ceteri) dixit omnia esse in loco: quae Hesiodi sententia si vera esse ponatur: mirabilis esset loci vis et efficacia. Ut qui omnium rerum esset primus/ et quo non existente necesse esset alia omnia non esse: existente tamen loco: non necesse est protinus alia exsistere. Posuit enim Hesiodus Chaos (quo nomine locum vocabat) antequam alia res essent fuisse primum. ¶ Sex rationes probantes locum non esse. ¶ Prima. Si locus est/ aut esset corpus aut aliud quicunque a corpore. Non autem potest locus esse corpus: quia cum locus et locatum simul sint: duo corpora se occuparent. Neque est aliud a corpore. Nam soli corpori conuenit habere tres dimensiones scilicet longitudinem/ latitudinem et profunditatem. Locus autem illas tres habet dimensiones. ¶ Et haec dissolvitur admittendo locum esse aliud a corpore: negando tamen locum tres habere dimensiones. Nam cum sit superficies/ solam habet longitudinem et latitudinem. ¶ Secunda. Si ponatur locus esse receptaculum corporis: eadem ratione superficies lineae et puncti erit assignandus locus. Atqui ipsius puncti nullus recte locum assignauerit, ut quod magnitudinis sit expers: igitur neque corporis. ¶ Et haec dissolvitur admittendo corporis: id est substantiae corporis et locum esse receptaculum: negando tamen corporis id est quantitatiscorpore atque profunditatis locum per se esse receptaculum. Nam dimensiones sunt instrumenta existendi in loco: quibus subtulatis amplius res non sunt in loco. Et non sunt dimensiones in loco nisi per accidens more ceterorum accidentium. Quare ne gasidum est superficies lineae et puncti ponendum esse locum. Licet enim ubi prius erant aqua/ superficies/ linea/ et punctus postea sint aeris superficies/ linea/ et puncta tantum extrema et termini magnitudinum in his quorum sunt termini: non tamen ut locata in suis locis. Nam sola substantia per se sunt in loco. ¶ Tertia ratio. Quicquid est/ aut est elementum et simplex: aut ex elementis compositum. Quod quidem verum est et de corporeis entibus et incorporeis. Nam corporea ex corporeis componuntur elementis, et incorporea ex incorporeis. Et locus neque est elementum neque ex elementis. Non enim est locus ex principiis incorporeis. Quia ex incorporeis elementis nulla procedit magnitudo. Locus autem quedam magnitudo est. Neque componitur locus ex elementis corporeis: quia tunc est corpus et cum corpora in se recipiat/ duo corpora sunt: quod est inconveniens. ¶ Et haec dissolvitur admittendo quod primo loco assumptum est de substantiis et non de accidentibus. Locus autem est accidentis. Quare id ad locum non recte applicatur. ¶ Quarta. Qui ponunt locum esse: dicunt ipsum esse causam locati. Sed neque locus est causa eius materialis/ neque formalis/ neque efficientis/ neque finalis. Non enim vis detur quae illarum possit assignari, igitur non est locus. ¶ Sed haec dissolvitur concedendo locum esse causam efficientem locati: aut conservantem/ si sit locus naturalis: aut corruptum/ si sit violentus. ¶ Quinta est ratio Zenonis. Quicquid aliquid est in loco est, locus autem est aliquid: igitur locus est in loco. Et ille alter locus eadem ratione est in loco/ et ille iterum in alio: et ita in infinitum procedendo. Id autem est impossibile: igitur non est locus. Et haec solvit negando id quod primo loco assumitur. Nam ultima sphaera non est in loco: neque etiam accidentis/ saltem per se. Quare tamen negandum est quod concluditur. ¶ Sexta ratio. Qui ponunt locum esse: dicunt omne corpus in loco esse/ et in omni loco esse corpus. Ergo cum res animatae augentur: quantum additur corporis/ tantumdem addere et loci oportebit: alioquin aliquid corpus est sine loco: At quo modo locus crescat/ non facile esse percipere/ quin potius id impossibile videtur/ igitur non est ponendum esse locus. ¶ Et haec quidem dissolvitur admittendo omne corpus naturale esse in loco (nam de cœlo si id non oportet universali) et in omni etiam loco esse corporis: alioquin esset vacuum. Cum autem res naturalis augetur: admittitur locum effici maiorem/ non quidem per augmentationem. Nam augmentatione soli conuenit corpori: sed per corporis locantis (quod locato cedit ut mollius solidior) divisionem. Et ex hoc nullum sequitur inconveniens.

¶ Secundi capituli note.  
¶ Timeus / liber a Platone a Timeo loco Pythagoreo sic inscriptus. ¶ Res / res naturalis

Ecundum cap. continet viam divisionem, duas de loco opiniones, unam conclusionem, & sex ad eam rationes. ¶ Diversio. Quidam est locus communis: qui plura continet corpora, ut aliquid est in celo/ quia in igne: illic vero/ quia in aere: in aere quia in terra, aliis est prius in quo locatum primum est: ut locus nihil preter te immediate continens. ¶ Dux de loco opiniones. ¶ Prima est dicentium locum esse formam. Quia forma est que terminat: primo est primus re terminus. Et locus est primus locati terminus: erit igitur locus forma. ¶ Secunda est dicentium locum esse materiam: quia locus videtur esse distantia magnitudinis: que quidem materia est/ que a magnitudine altera est: contentis terminis & speciebus/ & que de se finita non est: a cuius sphera si remoueantur species & termini: nihil preter materiam informem/ incommunam & magnitudinis spaciū relinquitur. ¶ Et huius opinonis fuit Plato: solus quid esset locus dicere aggressus. Dicit enim in Timo materia & locum esse idem. Et in dogmatibus que agrapha muncupantur: receptionis/ & locum idem. Et huc & similiter de loco dicta/ difficultem faciunt eius determinationem. ¶ Conclusio. Neque locus species est: neque materia. ¶ Primo quia materia & forma a re non separatur: locus autem separatur, ut ubi prius fuit aer/ nunc est aqua/ & sepe econtra: quemadmodum prius dictum est, igitur locus neque species neque materia est. Quapropter etiam neque locus sui locati pars: neque habitus/ neque passionis est enim separabilis ab ipso toto. ¶ Secundo. Locus persimilis est visus ut cado continentis: vas autem corporum que continet nihil est/ ita neque locus locati. Non est igitur locus/ aut eius species aut materia. ¶ Et (si a proposito licet disgregat) mirabile est quomodo Plato numeros (quos dicebat rerum species) non disceret esse in loco: cum diceret eos materia ut in magno & parvo participatius. & materiam in Timo dicat esse locum. ¶ Tertio. Quia res in situos locos feruntur. In suam autem speciem aut materiam nulla res feratur: habent enim eam intra se, igitur locus neque species neque materia est. ¶ Quarto. Sursum & deorsum differentiae sunt locorum. Non autem species aut materia: igitur locus neque species neque materia est. ¶ Quinto. Si dicas locum speciem aut materiam nullam feratur: habent enim eam intra se, igitur locus neque species neque materia est. ¶ Sexto. Si locus est species: cum ex aere sit aqua perditus esset locus pariter & corruptus: non corrupta est species, hoc autem non oportet: quia potest aqua in eodem loco in quo prius aer fuerat (ut ipsi concedunt) esse. Non est igitur locus species. ¶ Notandum secundi capituli declaratio. ¶ Timeus liber est Platonis in quo de rebus naturalibus/ carum, proprietatisibus disserit/ sic nominatus a Timo preceptore eius: qui fuit generis locus/ et scilicet Pythagorei. ¶ Timeus, Ros in littera non generans/ sed dumtaxat pro re naturali sumitur.

¶ Scundi capituli diversio. ¶ Quidam est locis communis: qui multa continet corpora/ quorum quilibet est actu est non alterius pars. Quid locus est quibus non est immediatus: ut aliquid dicitur esse in celo: quia est in igne/ et dicitur esse in igne: quia in aere. In aere vero/ quia communis est in terra. Alius est locus proprius cui ipsum locatum primo et immediate inest: ut concavum aeris nihil preter hominem incepit. Quid prius mediae continentis. ¶ Due de loco opiniones. ¶ Prima est dicentium locum esse formam substantialem. ¶ Quia (ut aiunt) forma substantialis est que terminat: primo est re terminus, locus autem est primus locati terminus: igitur loci est forma. Sed haec in quarto capite dissolvitur. ¶ Secunda opinio est dicentium locum esse materiam. Nam locus (ut inquit) est divisione et spaciū magnitudinis cœco et lumen contentū. Que quidem divisione magnitudinis est materia: quare consequitur locum esse materiam. Et ipsa materia a magnitudine etiam re ipsa altera est: contenta terminis est species/ id est formis tantum essentib[us] quod accidentalibus. Et eadem materia de se finita non est. A cuius materia sphera (scilicet cœco orbis lumen materia suo ambitu cōpletetur) si remoueantur formae et accidentia nihil preter materia mundi formis atque non terminata et magnitudinis paciū (ut dicit) relinquitur. Sed in hac ratione quod primo est secundo assursum est. Nam divisione magnitudinis re ipsa nihil aliud est quam magnitude a magnitudine divisionis illa ante neque materia est neque locus. Verum ex quarto capite planior erit huius roris solutio. Huius autem scientie fuit Plato: dices in Timo materia/ receptaculum/ et loci id est. Et in dogmatibus que agrapha sunt non scripta nominantur (quod docete excepta inter opa eius non numerantur/ neque in lucem edita sunt) dicitur receptuum est loci id est esse. Minus tamen conuenienter nam non quicquid est receptuum: proutus est locus. agrapha. ¶ Conclusio. Locus neque forma substantialis est neque materia. ¶ Primo. Quia materia est forma a sua re naturali separari non potest. Locus sui loci ipsa re adhuc manente, locus autem separatur a locato/ ipso locato manente, ut eodem loco quo prius fuit aer/ nunc est aqua, igitur locus etiam pariter neque forma est neque materia. Eadem etiam ratione probatur quod locus sui locati non est pars integralis: non potest pars a totu[m] manente accidens esse non integrum separari. Et quod locus non est accidens locati. Nam accidens a subiecto suo separari non potest/ scilicet saluari, locus autem a loco possedit. ¶ Secundo. Sicut cadus continens se habet ad liquorē contentū: ita locus ad locatū. Vas autem nihil est intrinsecum ipsum liquoris contentū: igitur neque locus locati: quare neque est materia neque forma. Et quia Plato numeros ponit esse loci formas/ et participare magnas et parvulas materias/ materia autem ponit esse loci: oportet eundem numeros esse in loco: quod est inconveniens. ¶ Tertio. Res naturales cum sunt extra propriam naturalē locū: cum natura feruntur. At nulla res naturalis ferit in sua materiam aut formam: nam utrūque habet intra se nihil autem ferit ad eum quod habet, igitur. ¶ Quartus. Sursum et deorsum sunt differentiae materiae aut formae. Una enim forma non differt ab alia: quod haec sursum istilla vero deorsum, igitur locus neque est materia neque forma. Eadem enim etiam sunt differentiae. ¶ Quinto. Si locus est materia et materia moueat per se/ et locus per se moueretur quod est inconveniens. Et cum materia in eodem loco sit in quo res naturales: locus est in loco/ quod est impossibile. Ita dem si locus est forma, cum forma mouatur terminante aut per accidens: sequeretur locus eodem pacto moueri. Et cum forma in eodem sit loco per accidens in quo sua res naturalis: locus est in loco/ quod est impossibile. ¶ Sexto. Si locus est forma: quandocumque forma corrumpetur perderetur locus/ hoc autem est inconveniens. Nam si numero genitum in eodem praesens est locus in quo fuit corruptum. Ut aqua eodem in loco in quo acer qui corruptus est, igitur locus non est forma.

**C**tertij capitis note. **I**n secundo/ex. **P**rimo/secundum seidem. **C**Idem esset in seipso primo per accidentem: cum aliquid primum in ipso esse: in quo etiam primum inesse. **M**axima. Datis duobus quorum primo/secundum primo inest: quicquid secundo primum inerit aut per se aut per accidentem: inerit et primo.

**E**rtium cap. continet octo modos quibus aliquid est in altero, vnam questionem, solutionem, vnam conclusionem, tres rationes ad eam, & obsecionis Zenonis solutionem. **O**cto modi esse in altero. **P**rimo. Aliiquid dicitur esse in altero ut pars in toto: quemadmodum digitus in manu. **S**econdo. Vt totum in partibus. Non enim propter partes totum esse potest. **T**ertio. Vt species in genere: vt hoc in animali. **Q**uarto. Sicut genus in specie/ & superiorius in inferiori: vt animal in homine. **Q**uinto. Sicut accidentes in subiecto & forma in materia: vt sanitas in calidis/frigidis/humidis & siccis. **S**exto. Sicut in efficiente: vt grecorum gubernatio in grecorum rege. **S**eptimo. Vt in fine, quemadmodum dicitur oia in optimo ut in felicitate esse collacada. **O**ctauo. Sicut in loco: sed in cuius similitudinem aliquid est in vase. Et hic modo hoc in loco maxime est proprium. **Q**uestio. Vt tu aliquid sit in seipso. **S**olutio. Aliiquid esse in seipso bisaria intelligi potest. **P**rimo modo. Vt sit in seipso primo cum ipsum & quodlibet sui in eo est: quo modo nihil in seipso est. **S**econdo. Vt sit in seipso per alterum: ut quae partes in seipso sunt: quo modo aliquid bene est in seipso secundum locutionem (quam Synecdochē vocant) quia eius pars sit in ipso: quemadmodum aliquid dicitur albū: quia pars eius ut corpus est albū. Id enim album est: cuius superficie confuncta est albedo, & aliquis dicitur sciens & anima eius sit sciens: a parte sumpta denominatione. **C**onclusio. Nihil est in seipso primo. **P**rimo, quia nihil est in seipso (ut vīnum in seipso/ & amphora in seipso) ut pars in toto/ neque ut totum in partibus: neque secundum aliorū modorum vīnum. **Q**uare autem amphora vīnum dicatur in amphora esse: hoc est denominatio facta a parte, quemadmodum albedo in corpore / quia in superficie sit: & scientiam in homine/ quia sit in anima: & non quia idem sit in seipso primo. **S**ecundo. Quid recipitur: in re altera recipitur. Sunt enim rationes diversae eius quod in aliquo est: & eius in quo aliquid est, at vero vīnum est vīnum & amphora est amphora. Non igitur vīnum recipitur in vīno ut huiusmodi/ neque amphora in amphora, hæc enim adeo discrepant ut vīnum esse amphoram & amphoram esse vīnum: quorum rationes inter se discrepant & sunt diversae. Et haec rationes probant aliquid non esse in seipso primo & per se. **T**ertio. Quod idem non sit in seipso per accidentem primo/ ut amphora in seipso primo per accidentem ut per vīnum: patet, quia duo corpora simul essent ut vīnum & amphora/ quod esse nequit, non igitur erit idem in seipso primo & secundum accidentem. **O**bsecro Zenonis solutio. **E**x dictis Zenonis obsecione soluere difficile non est. Cū enim ita insurgit: quicquid aliquid est in loco esse falsum est. Quod si contendit locum in aliquo esse concedimus, sed ex hoc non conficitur locum esse in loco/ neque hoc oportere abire in infinitum: quia concesserimus locum esse in aliquo ut accidentis & passi / & sicut sanitas in calidis & frigidis. Dicitur est etiam sat locum esse neque materiali neque formam. **N**otarum tertij capituli declaratio. **I**n secundo modo quo aliquid est in altero/ propositio in capitul pro ex. Vt totum est in suis partibus/ id est ex partibus. **P**rimo aduerbiuム id est quod secundum se & non per alterum. **E**xemplum vbi idem est in seipso primo per accidentem. Vt si vīnum est in ipso dolio primo/ in quo quidem vīno ipsum dolium est in seipso primo per accidentem. Patet hoc per maximum in nos subiectam. Nam datis duobus scilicet dolio & vīno: quorum primo scilicet dolio secundum ut puta vīnum primo inest, quicquid secundo ut pote ipsi vīno primum inerit aut per se aut per accidentem inerit & primo scilicet dolio. Sed dolium inest secundo scilicet vīno p accidentem/ ut possum est: id est dolium inest etiam ipsi primo scilicet dolio p accidentem: & per consequens idem est in seipso/ quod est propositum.

**O**cto modi quibus aliiquid est in altero.

**T**ertij capitis octo modi existendi in altero. **P**rimo. Aliiquid est in altero ut pars aut essentialis aut integralis in suo toto: ut forma in re naturali & caput in homine. **S**econdo. Ediuno ut totum in suis partibus. Non enim sine partibus totum esse potest. **T**ertio. Vt inferius in superiori: quemadmodum homo in animali/ id est sub animali secundum predicationem. **Quarto.** Econtra & ut superius in inferiori: quemadmodum animal in homine. **Quinto.** Aliiquid est in altero ut accidentis in subiecto: quemadmodum sanitas in animali/ aut ut forma in materia: quemadmodum anima in corpore. **Sexto.** Sicut in efficiente: ut grecorum gubernatio est in grecorum rege: id est ab eo. **Septimo.** Sicut medium ordinatum in finem est in fine, quemadmodum dici solet omnia opera humana in optimo ut in felicitate esse constituta: id est propter optimum. **O**ctavo. Aliiquid est in altero si est locutum est in loco. Secundum cuius modi similitudinem aliquid est in vase: quidem ut in suo loco/ sed ut contentum in container. Et hic modus maxime hinc proposito conductus. **Q**uestio. Vtrum aliiquid sit in seipso. **S**olutio. Dupliciter intelligi potest: aliiquid est in seipso. **P**rimo modo: aliiquid sit in seipso primo: sic ipse totum & quodlibet sui sit in ipso. Sicut tota amphora est in seipso tota & quilibet pars in seipso pte. Et hoc modo nihil est in seipso. **S**ed aliiquid dicitur esse in seipso & alterum: & grā sua pte q̄ est in ipso toto. Et hoc modo aliiquid beneest in seipso p̄ figurā quā greci Synecdochē dicitur: quia qd p̄ tūtū cōvenit attribuit ēt totū. Ut qd caput hoīs est in hoīe; dībō est in hoīe. Quoadmodū hoī dībō: quia pars eius scilicet corp⁹ est albū. Id enī albū est: ut supra superficie cōiuncta est albedo, nō qd ut accidentis suo subiecto: ut accidentes nō sit subiectū accidentis/ sed ut accidentes suo coaccidenti. Nēpē albedo et superficies sit in materia ut suo subiecto. Et aliq dī scīens quia aīa ei⁹ est scīens: ab altera pte facta denotationē. **C**onclusio. Nihil est in seipso primo. qd nihil est in seipso: ut p̄ suo toto/ neque ut totū i suis pte. A loquū id est totū ēt p̄ suū pte. Neque id est in seipso ut in superiori: ut ita de alijs modis: igī ēt nihil est in seipso. **Q**uād amphora vīnum id est amphora cū vīno supra/ dīcāt esse in amphora: hoc est denominatione supra a parte/ & quia vna eius pars scilicet vīnum/ est in altera scilicet in amphora: quemadmodū animal in seipso esse diceretur: quia vna pars animalis est in altera parte reposita. Quemadmodū estiam albedo dicitur esse in corpore:

quia in extrema est ipsius corporis superficie ēt illiḡ cōiuncta. Et scientia dicitur esse in homine quia est in anima que est pars essentiaalis ipsius hominis: & non quia idem secundum se sit in seipso. **S**econdo. Quid recipitur: in altero re ipsa diuersa recipiuntur. Sunt enim rationes diversae recipientis & recepti: ut nūq̄ eidem respectu eiusdem conuenire possint. At si amphora esset in seipso: idem esset respectu sui ipsius recipiens & receptum: quod tantum est incommode sicut amphoram esse vīnum & vīnum esse am-

phoram. Tantum enim discrepant recipiens & receptum: sicut amphora & vīnum: gitur impossibile est idem esse in seipso per se & primo. **T**ertio. Si idem esset in seipso per accidentem ut amphora in seipso per vīnum: duo corpora scilicet amphora & vīnum simul essent & se occuparent quod est impossibile. Nam cum vīnum esset primo in amphora: esset secundum se & quodlibet sui in amphora: & eodem modo amphora in vīno: quare duo corpora se penetrarent. **R**ationis Zenonis solutio. Quod primum assūmit Zeno negādū est: scilicet quicquid est in loco esse. Neq; enim supraēa splēdra/ neq; accidentium vīnum in loco est. **Q**uād assumat locum esse in aliquo: id concedendum est penes quantum modum quo accidentis est in subiecto. Est enim locus accidentis & Quād modo lo- pālio corporis locantis non autem penes vīnum modum: & quo locutum est in loco. Quare non sequitur processus in infinitum: cū est in alia que cōcludit Zeno. **Q**uarti cap.note. **L**ocus/locus proprius. **P**rimū immediatum: **P**rimū neq; maius neq; mi- quo. **L**atio secundum locum mutatio. **S**pacium/dimensionis corporibus recipiendo non cedens. **Q**uestio q̄ res naturales omnes.

**V**artum cap. continet septē loci positiones, duas conclusiones, tres divisiones post primam, duas rationes ad secundam, distinctionem loci & eius declarationē. **S**ep- tē positiones. **P**rima. Locū eā rē (cūtū est locū) cōtinere. **S**econdā. Rei quācōrū tinet nihil esse. **T**ertiā. Primum esse locato & neq; maiorem neq; minorē. **Quāta**ta a corpore locato esse separabilem. **Quānta**. Non esse locatum sine loco/ neq; locū cū desit locatum. **Sexta**. Quācōrū sunt in loco: aut sursum aut deorsum esse. **Septima**. Vīnumquodq; Physicalium corporum in propriū locū natura ferris: & in eo quiescere natū esse. **H**is itaq; suppositionib; positis (que omnibus qui intelligentia vigeant recipienda sunt) talem loci distinctionem queremus: qua opposita disluantur argumenta: & qua quā loco insint/ que non insint cognoscamus. **P**rima cōclusio. Motus localis in inquisitionē loci homines pmouit: **S**ane si nullus motus localis fuit: nullus locum perquisisset. Arbitrii sunt em̄ oēs cōlū in loco esse oportere: q̄ velocissimo motu feratur. Signū est igit̄ in motu nō in loci per quisitionē mouisse. Et tria: augmētatio/diminutio/ & latio/ad huiusmodi inquisitionē mouerūt. Nā res aucta maiorē locū (q̄ prius) occupat/ & diminuta minorē. Et quod fert: cōtinue alterū. **P**rima diuisio: Eorū q̄ loco mouent: qdā p se mouent: & hec ad loci cognitionē p̄duxerunt. Alta vero p accidentes: q̄ minime ad p̄quisitionē loci necessaria sunt. **S**econdā diuisio. Eorum q̄ mouent: qdā vīnum acūtū sūt: qdā potētia. **T**ertiā. Eorū q̄ per accidentes mouent: qdām separata nata sunt p se mouent: ut totū ptes/ & clavis in aere. Aliavero nō vt scīens/albedo & alia accidētia. Et hec quē actū sunt & p se mouent in cognitionē loci vīlia fuerunt: non autem alia. **S**cēda cōclusio. Extremū cōtinētis: ipsū locatū ambīcēs/ locus est: nō autē totū cōtinēs. **P**rimo. Quia eius solūtū extremū ḡta: aliquid est in loco dicitur: ut cur es in celo? quia in aere, cur in acre? quia in eius extremo te circūquaē ambīcēt. Cōtinet enim te extremū: neq; tu aliquid est/ & tibi primū est: neq; maius neq; minus/ & quod abs te separari potest. Si em̄ tibi cōtinētū esset: nō esses in eo ut in loco. Nā cū aliquid est in cōtinuo: est potius ut in toto, ut oculus in capite/ & in ariet in brachio, ad cuius qdē motio pars ipsa mouet, ut vīnum i cōpho/ & vīnum i cado. At vero cōlū & acē & tota cōtinētā nō sūt prima/ neq; maiora/ neq; minorā locatis, nō igit̄ sūt loca. **S**ed oē. Locū esse oportere materialē/formā/ spaciū/ aut corporis continentis extremū: horum quattuor oēs cōcedunt. At ipsū esse non posse materialē aut formā: iam ostensū est. Et q̄ spaciū non sūt videt: primo/ quia cōtūlibet rei vi actis aut aque: infinitū essent loci per se. Nam cū aqua fuerit in vase: quia ratione concedas totum esse in loco & vas: & quamlibet aquae partem in loco per se esse oportet: & in cōtūlibet rei locis per se abire in infinitū quod omnes cum Zenone negādū certum est. Non igit̄ locus erit huiusmodi spaciū. **S**ecundo. Si concedas huiusmodi spaciū cum contento (ut cum vase) simul transmutari: cū recipiat in spacio & nouo loco: erit locus in loco, quod si non concedas simul transmutari, accidēt idem: omnem locum esse in loco/ & semper minorē loci partem, quae absurdissima reputant omnes. Fieri igit̄ nequit ut locus / huiusmodi spaciū existat. Manifestum igit̄ est cuī locus neq; materia/ neq; forma/ neq; spaciū esse possit: ut terminus & extreūm corporis continentis relitus sit: Quod vero contendunt locum esse materialē/ quia materialē sit diversas formas in se recipere: ut albedinem / nigredinem/ & similā quae in ea quiescunt: sic & locū vīdemus diuersā in se recipere: & quē in ea quiescunt, hoc locum non arguit esse materialē. Nam vīraq & locus & quod recipit se, sunt quā manent. Non autem vīraq & materia & quod recipit se sunt atq; separata (ut diximus) inācent & conseruantur. **Q**uod arguunt esse formam, quia locus terminis est & continentis: ita & formā terminus est & continentis. Hoc statim disluitur, quia locus contenti terminus est extrāsecus/ & continentis extrāsecus cū: forma vero et̄ terminus est intrāsecus/ & cōtinēs intrāsecus. **Q**uād et̄ nūtū p̄bare esse spaciū. Quia cū ex vase fundit liquor & aliud subitrat corp⁹: sem̄ p̄ iter vasū latera manet idē spaciū p̄ter subetrū corpora: qd qdē nullo subetrū corpore maneret. Id nos spaciū & vacū natura esse posse negām̄, immo vero tūtū sit: sem̄ nos vīdere simulatq; vīnum corp⁹ aliquid subire. Sumūt et̄ ilī q̄ ita arguit id quod p̄bare habeant, huiusmodi tamē de loco apparentiē eius cognitionē reddiderunt difficultēs.

**D**iffinitio. Locus est corporis continentis terminus / & extreum mobile primum. ¶ Est enim locus persimilis vasi. Hoc tamen interesse videtur: q̄ vas per se defertur & mouetur: non autem locus. At de se & natura sua immobilis permanet. Cum enim aliquid in altero est quod defertur/ vt natus in flumine sp̄am deferente; verisimiliter eam intus vt in vase esse dicas: q̄ in loco. ¶ Quapropter locus vt vas immobile est: & vas vt locus mobilis. Existimauerunt enim ultimum coeli contextum locum sursum: quo versus leui omnia feruntur, & terram locum deorsum quā versus omnia feruntur graui: quia immobilia sunt. Ex quo quidem locum esse planum quoddam & superficiem appetet: & vt vas continentem. Sed non recipiunt. Nam contexta superficies locus non est: sed quē circundans simul cum contenti extremitate, & quē eisdem contigua ipsum tangat. ¶ Notarum quarti capituli declaratio. ¶ Que in hoc capite de loco dicuntur: intelligenda sunt solum de loco proprio. ¶ Primum: alteri est quod est ipsi medium, vt locus corpori locato. Etiam prius atq; adaequatum dicitur/ quod neq; maius est altero neq; minus: vt neq; excedat ipsum neq; ab eo excedatur. ¶ Spacium hoc loco dicitur dimidio intra se corpora recipiens no[n] tamē eis cedendo: q̄ & prius dicitur est vacū secundo. ¶ Cū dicit litera: quācūq; sunt in loco: res naturales oēs q̄ sūt in loco/ intelligendo id qd̄ vniuersaliter sonat: secundū materialia subiecta p̄ticulariter.

Quomodo a  
loco denomi-  
netur quicq;  
locatum.

Quid motu  
loco indiget.

Que mouen-  
tur per se.  
Que per acci-  
dens.

Corpus loca-  
& continens/  
non est locū.  
Quod locus/  
spacium sepa-  
ratum est no  
posit.

¶ Secunda. Locus continet locatum & econtra locatum a loco continetur. ¶ Tercia. Locus est locabilis est locati: id est/ non est de essentia eius/ neq; pars/ neq; accidentis neq; quiq; intrinsecum locatis: tamē si conti-  
nens eius extrinsecum. Quare locatum denominatur a loco denominatione extrinsecata: sicut paries dicitur visus a visione que est in oculo. Corpus autem denominatur locans intrinseca a loco: sicut oculus videns a visione sibi inexistente. ¶ Tertia. Locus est prius atq; immediatus locato/ neq; eo maior neq; minor. Non quidem maioritatis nihil est loci quin ei respondeat aliquid locati: alios quin est vacuum. Neq; minor locato: quia nihil est locati quin loco continetur. ¶ Quarta. Locus est separabilis a corpore locato. Nam idem locus prius continens aliquod locatum: potest postea idem non confinere sed aliud. Sic est locatum est separabile a loco.

¶ Quinta. Locatum non est sine loco/ neq; locus sine locato. Sunt enim locus & locatum relativa acta. ¶ Sexta. Vnde quod corporum naturalium in loco existens aut est sursum: vt ignis & aer/ aut deorsum: vt terra & aqua. Caeteræ autem res naturales in aliquibus quatuor elementorum continentur. ¶ Septima. Omnis res naturalis natu-  
ra est ferri ad suum locum proprium & in eo quiesceret: vt ignis sursum & terra deorsum. Et his positionibus suppositis que pro-  
bande non sunt sed ab omnibus tanq; manifeste vera atq; principia admittend: et talis loci diffinitio innescigabitur: per quam oppo-  
site obiectiones disoluuntur/ per quam etiam que loco conueniunt & que non conueniunt aperte cognoscantur. ¶ Prima conclusio. Motus localis primum homines impulit atq; induxit ad loci inquisitionem: sicut operationes animi & sensui perviae dederunt occa-  
sionem philosophis ad inquirendum naturam anime. ¶ Nam si nullus fuit motus localis oculis conspicuus: nullus locum in-  
uestigasset. Siquidem arbitrii sunt omnes (sicut non recte) celum esse in loco: quia velocissime mouetur. Et tria presentim motus  
genera scilicet augeatio/diminutio & latio/ ad loci inquisitionem homines moverunt. Nam vt illi sicut requiritur locus. Res enim  
aucta maiorem q̄ prius locum obtinet. Diminuta autem minorem. Et que loco mouetur/ continue alterum occupat locum: praeser-  
tim si secundum rectum feratur. ¶ Prima divisio. Eorum que loco mouentur quedam per se mouentur: que motu qui in ipsis est se-  
cundum locum feruntur: vt res naturales. Quedam vero mouentur per accidentem: que non motu qui in ipsis est sed alterius mouen-  
tur: vt dimensiones & qualitates. Et hæc ad perquisitionem loci non conducunt/ illa vero admodum utilia sunt. ¶ Secunda divisio.  
Eorum que loco mouentur quædam sunt vnum actu: vt virus homo/virus equi/ & ceteræ res naturales que non sunt alte-  
rius partes. Quædam vero sunt vnum potentia: que scilicet alterius sunt partes: vt manus/pes/caput animalis. Et huius divisionis  
membra per primam subdividi possunt. ¶ Tertia divisio. Eorum que per accidentem mouentur quædam separata nata sunt per se mo-  
ueri: vt partes integræ si a toto duellantur/ & sicut vnum actu: per se mouebuntur. Alia vero separata non sunt nata per se mo-  
ueri: vt scientia/albedo caliditas. Nam neq; haec a subiecto separari nata sunt: neq; si separata ponantur: per se mouebuntur: cum in  
illis non sit natura esse motus. Horum autem que per se sunt & vnum actu: ad loci cognitionem faciunt/ que vero per accidentem aut  
potentiam non expediunt. ¶ Secunda conclusio. Superficies concava corporis continentis circumdat corpus contentum: est locus. To-  
tum autem continentis minime locus est. ¶ Patet. Quia gratia superficie concave quicq; in loco esse dicitur. Ut homo aere circumda-  
tus in loco est: quia est in superficie aeris extrema ipsum vndiquaq; circundat. Siquidem ea superficies continet corpus locatum: &  
nihil est locati & item prima ipsi locato/ neq; eo maior neq; minor. Et potest a corpore locato dimitti atq; separari. Nam si super-  
ficies corpori locato est continua: locatum non est in eo vt loco. Aliquid enim in continuo potius est vt pars in toto ad cuius totius  
continui motionem pars mouetur. Ut moto capite mouetur oculus/ & lapide tripedali moto: mouetur eius quilibet pars pedalis/ sed  
per alterum & per accidentem: sicut moto cibis: mouetur vnum in eo contentum/ & moto dolio: per accidentem mouetur vnum ab eo  
contentum. Constat igitur illi extrema superficie conuenire omnes loci proprietates prius assignatas, est igitur illa superficies/ lo-  
cus. Coelum autem continentis ignem est maius igne/ & ignis maior aere/ & aer maior aqua, igitur neq; coelum est locus ignis/ neq;  
ignis est locus aeris. Oportet enim locum esse primum locato/ neq; eo maiorem/ neq; minorem per tertiam positionem. ¶ Secundo.  
Aut locus est materia/ aut forma/ aut spacium separatum/ aut corporis continentis extrema superficies. Sed locus non est materia/  
neq; forma/ vt prius ostensum est, neq; locus est spacium separatum. ¶ Primo. Quia vnius corporis est in infiniti loci per se. Sicut  
enim tota res naturalis commensuratur spacio dimenso in quo recipitur/ & idcirco est in loco: ita quilibet pars totius respondet  
parti spaci sibi coniuncta/ & intra quam recipitur: quare etiam est per se in loco/ eadem profus & consumili ratione. Atque partes  
ipsæ sunt infinite potentia divisionis/ & earum quilibet (vt ostensum est) est in loco per se: ergo in cuiuslibet rei locis per se proce-  
dit in infinitum/ quod est inconveniens a Zenone adductum & impossibile. Non est igitur locus/ huiusmodi spacium. ¶ Secundo.  
Aut spacium corpori contento coniunctum simul mouetur cum corpore contento/ vel non. Si simul loco mouetur cum corpore con-  
tentio: & contentum recipiatur in spacio & novo loco/ consequens est huiusmodi spacium coniunctum/ similiter recipi in spacio &  
novo loco. At huiusmodi spacium est locus vt dicunt: ergo locus est in loco/ quod est impossibile. Si autem spacium non mouetur

et cum corpore contento idem accidit inconveniens/ scilicet locus est in loco vt partem in suo toto. Nam quemadmodum totum cor-  
pus habet spacium sibi respondens: ita & pars corporis partem spacij sibi equatam: quod quidem minus spacium est in maiore si-  
c ut pars in suo toto/ sicut & pars locati in toto locato. Eset enim minus spacium pars majoris spaci: quare semper minor locus  
est pars majoris loci. Hec autem sunt impossibilia. Non est igitur locus spacium separatum. Quare relinquitur quartum scilicet  
locum est corporis continentis extremam atq; intimam superficiem. ¶ Cum autem moliantur ostendere locum est materiali: quia Solutio ratio  
materie officium est diuersas in se formas recipere & essentialias & accidentales: que in ea manent. Et locus etiam diuersa in se re-  
cipit locata que in eo quiescant: non recte argumentantur. Nam ex ambabus affirmatiis in secunda figura syllogismum consti-  
tuunt. Insuper est multiplicitatem incident. Nempe materia recipit formas vt intrinsecum recipiens & subiectum: locus autem lo-  
cata suscipit vt recipiens extrinsecum & continens. Vnde locus & quod ab eo recipitur se inveniunt & separata. Materia autem  
est quod ab ea recipitur non se inveniunt ab initio, sed vnum alteri vt subiecto inest. ¶ Cum vero astringere nituntur locum  
est formam: quia forma est terminus & continens idem & locus terminat & continet. Non recte probant. Nam ex premisis  
affirmatiis in secunda figura syllogismum affirmatum componentur & multiplicitate peccant. Nempe locus est ipsius locati ter-  
minus extrinsecus: cum non sit in loco vt subiecto. Forma vero terminus est intrinsecus materia: nam est in materia vt suo subje-  
cto. ¶ Quod autem intendunt probare locum est spacium haec ratione: quia cum ex vase effunditur liquor vt aqua & subintrat  
alium corpus vt aer: inter latera vase idem spacium/ interceptumq; magnitudinis interstrijum preter aerem  
subvenient: & aliud ab aere quod maneat aqua agrediente & nullo corpore subveniente. Sane id quod concludere volunt non recte  
efficiunt: sed petunt principium assumentes idem manere spacium distinctum a suscepitis corporibus: quod debent probare. Nam ne-  
gandū est huiusmodi spacium inter latera corporis continentis est interceptum: cum illic nihil intercipiat nisi corpora subvenientia  
& eorum magnitudo. Preterea si tale spacium nullo subveniente corpore inter corporis continentia latera intercipietur: ibi est vacuū.  
Quod ne in rebus accidat/ videtur uno corpore loci aliquæ exenti alterum corpus eundem locum continuo subire. Et quantum vni  
egreditur tantum alterius in creditur/ neq; vngū aliiquid relinquitur. ¶ Diffinitio loci: locus est corporis continentis termi-  
nus & extreum immobile primum. Sane locus est terminus corporis continentis/ ipsi quidem continentis intrinsecus: nam est in eo  
vt suo subiecto: extrinsecus tamen corpori contento quod vndiq; circundat. Dicitur præterea locus extreum: id est superficies extre-  
ma concava: ad secludam superficiem conuexam. Extremum inquit immobile per se & suæ naturæ licet per accidentem moueretur  
posit ad motum sui subiecti: vt caliditas & cetera accidentia. Est etiam locus extreum primum: id est immidiatum locato: &  
neq; maius eo neq; minus. Itaq; locus ob continentiam & complexionem locati/ similius est vase. Illa tamen inter locum & vas est  
differentia: q; Vas per se secundum locum mouetur & latione que est in ipso: locus autem non sed suæ naturæ immobilitas est. Cum  
autem vnum corpus est in altero quod mouetur: vt homo in naui ipsum deferente: & nauis in flumine ipsum secundum locum fe-  
rente: potius illud est in altero vt corpore continuum: & tanq; vnum in vace/ & vt locatum in loco. Commutata itaq; analogia:  
locus est vas immobile/ & vas est locus mobilis: licet enim impossibile sit esse vas immobile: si tamen huiusmodi esse intelligatur/ ei  
persimilis est locus. Et si quis est locus suæ naturæ per se immobilis: ei persimile est vas continens. Existimaverunt autem anti-  
qui superficies conuexam coeli esse locum sursum: & conuexam terræ superficiem q; pedibus calcatur est locum deorsum: q; haec  
superficies conuexæ immobiles sint. Ex quo facile est conjectare: q; locus superficies quædam sit & aliquid in se contingens/ quemad-  
modum vas continet liquor. Sed non recte putant. Nam superficies conuexa non est locus: sed superficies conuexa que circundans  
locatum simul sit cum superficie conuexa locati: & que ipsi locato proxima atq; configua tangit ipsum corpus continentem.  
¶ Quinti capituli note.



Vintum cap. continet tres conclusiones, sex rationes locum non esse contendentes. ¶ Prima conclusio. Terra/aqua/aer/ignis in loco sunt: corpus au-  
tem celeste non amplius in loco est. ¶ Nam omne corpus/extra quod alterum cor-  
pus est ipsum continentis/in loco est, extra quod vero nihil est: in loco non est. At ex-  
tra terram/aquatim/aerem/& ignem alterum corpus est/eorum quodlibet continentis:  
extra vero corpus celeste nihil est. Est igitur terra/aqua/aer/ignis in loco: corpus  
vero celeste non amplius in loco est. ¶ Vnde globi sphaerae celestes citra globū  
ultimum circulo torquentur: & semper secundū se totas in eodem loco perinvent/ se-  
condum vero suas partes locum egreduntur & mutant: quemadmodum si parte in aqua in totam aqua  
rotari intelligas. Ea vero que non circulo aguntur sed deferuntur: secundum se & suas partes totum mu-  
tant locum, vt leui & rara si deorsum sunt: sursum feruntur non prohibita, & graui & densa deorsum;

¶ Secunda conclusio. Vnde sursum secundum se totum in loco non est: sed secundum varias eius partes in  
loco varie existit. ¶ Nam extra vnde sursum nihil est, extra enim omne & totum quid esse possit: vnde sursum  
autem omne & totum est, vnde sursum igitur secundum se totum in loco non est. ¶ Quod vero varie secu-  
dum eius varias partes in loco existat: hoc ideo est: quia quicq; eius partes actu in loco sunt: vt que se in-  
veniunt & separata a circundantibus tanguntur: quedam potentia: vt que toti continua a continente circu-  
natur: quicq; tangit nequeunt/ separata vero possunt: quedam per se: vt que actu in loco existunt/ actu/ & dimi-  
nitum, quedam vero per accidentem/ vt accidentia/ anima: celeste corpus: quod ab eius parte & in inferiori-  
bus globis (qui circulo torquentur) in loco esse denominantur. Varie igitur vnde sursum secundum varias

eius partes: actu/potentia/ per se/ per accidentem/ in loco existit. ¶ Tertia conclusio. Celeste corpus (quod ex-  
tra alia corpora sit ea continens) non tamen secundum se totum eorum locus esse potest. ¶ Nā locus cor-  
poris continentis extreum est immobile: erit igitur non totum celeste corpus: sed extreum eius/ cor-  
pus contentum circu quo tangens/ locus. ¶ Est entia terra, in extremo circumdantis aqua: vt in loco sita/

Aqua in extremo aeris/Aer in extremo etheris/Ether vero in extremo tangente & contiguo coelestis corporis. Corpus autem coeleste non amplius in loco est. ¶ Sex rationum locum non esse contendentium solutiones. ¶ Prima solutio. Locus non est corpus / neque est tres competitunt dimensiones. Est enim (vt dicitur) terminus/platum/& superficies quedam. Vnde fit vt non consideratur idcirco quia locus est: duo corpora simul esse: neque vt spaciū & dimensionem longitudinis/latitudinis/& profunditatis capacem concedere cogatur. ¶ Secunda. Puncto/linea superficie per se non est locus vt dictum est: sicut neque alio sum accidentium. Neque eadem (vt corporum a loco circumquaes contentorum) militat ratio. ¶ Tertia. Locus est elementorum & corporeorum. Non quidem quia ex ipsis essentia constet, neque corpus sit: sed quia elementorum corporeorum extrellum quoddam & terminus sit. Vnde rationabiliter corpora naturalia in se inuicem natura sita sunt, vt terra in aqua/aqua in acre/& aer in ethere: quae ad inuicem cognata sunt corpora vt in se inuicem conferuentur, & se tangunt mediante loco & suis extremis: vt ad inuicem agant & patiantur. Est enim aqua vt potentia: aer vt forma & actus/& aqua potentia aer, sed hoc alias diligentius exequetur. ¶ Quarta. Locus locati efficiens est vt conservans & vt finis. Illius enim gratia mouetur cum extra fuerit: atque locus locatum conservat. ¶ Quinta. Locus non est in aliquo vt in loco: sed vt numerus in finito & terminus in eo cuius est terminus. Non enim omne quod est in loco est: sed corpus sensibile. ¶ Sexta. Non omne corpus dicimus in loco esse. Nam coeleste corpus autem ultimum globum in loco esse negamus: quia omne sensibile corpus in loco esse concedamus. Neque aucto corpore locum augeri oportet. Est enim terminus/cui per se augeri non conuenit. Contingen tamen corpus aucto aut diminuto corpore aliquando densatur/aut rarescit. Hec itaque de loco an sit & quid sit/abundanter dicta sufficiant. ¶ Notarum quinti capituli declaratio. Mundus sensibilis est totum concavum celi lumen contentum & ex rebus naturalibus aggregatum. ¶ Corpus vero coeleste est totum ex coelestibus sphaeris aggregatum/mundo sensibili supereminens: terminus supremi celi conexa & celi lumen concavo. ¶ Vniuersum autem est totum ex mundo sensibili & corpore coelesti aggregatum.

**Quid mundus sensibilis.** Quid corpus coeleste. Quid vniuersum.

**V**num esse quasdam vacuas manifestat: aut non plena corporibus & hanc repleti, aut plena quidem, sed intra se corporum partes non cedendo recipientes, quas cum corpora comprimuntur crediderunt repleri compressas partes recipio: & cum dilataantur corpora, eas peritantes vacuas relinquunt, & partes prius in ipsis latentes se explicare, ampliareq. Et nisi esset hunc modi vacuum immersum, concedendum est (inquit Xuthus) aliquod istorum trium inconvenientium, aut totum celum turbari aliquo corpore rarefacto sine condensato. Nam rarefacto corpore maior acquiritur moles, que nisi recipiatur in vacuis immersis, pellit proximum corpus suo loco, cum non possit fieri dimensionum penetratio: Eadem ratione corpus pulsuum pellet alterum ut locum quo continetur oblineat: & ita consequenter ignis pellet colum, cogitq. ipsum retrocedere. Similiter ali, quo corpore condensato minorem corporis moles, locuq. dimittitur: qui nisi occupetur a proximi corporis partibus, se extra vacuum immersum amplitibus, oportebit proximum corpus proprius accedere, ut tangat corpus condensatum. Alioquin inter prima duo corpora interserceptum relinquetur vacuum: quod natura est impossibile. Eadem ratione alia corpora oportebit accedere propriis ad inferiori rati ignem ad aerem, & celum ad ignem ad prohibendum vacui intermissionem. Aut (inquit Xuthus) oportet ex aequali ut vitro aque generari equale, ut vitrum aeris: quo eundem locum occupet genitum corpus quem corruptum. Aut oportebit nunc quamquam rarefieri aut condensari. Quae tria cum maxima sint inconvenientia & natura impossibilia, ex eorum intermissione concludit Xuthus debere esse vacuum corporibus immersum. Sed quod non possit esse vacuum immersum tanquam spaciū separatum: superiores rationes probant. Quod vero non possit esse insertum vacuum privatione, sequentes ostendunt rationes. ¶ **P**rima. Quia tale vacuum ponunt esse levitatis causam, levitas autem est sursum motu: ergo ponunt vacuum ut sit causa motus sursum. Id autem inconveniente. Nam ut se habent grana ad motum deorsum, ita levia ad motum sursum. At grana natura feruntur deorsum & non a vacuo: ergo & levia natura feruntur sursum & non a vacuo. ¶ **S**econdo. Sicut vites aere pleni clausi in aliquo corpore ut vase: ipsum corpus fundo aquae immersum sursum mouentur: & vacuum sursum moueret corpora quibus esset immersum. Quare sicut vites sursum mouentur cum corpore cui includentur: ita & vacuum sursum moueretur cum corporibus, & in altero vacuo recuperetur. At vacuum ad nullum locum potest moueri, neq. in loco recipitigitur non est ponendum huiusmodi vacuum. ¶ **T**ertio. Si dicunt vacuum per se moueri, cum motu ille sit sine resistentiā spaciū, oportet motum huiusmodi esse infinite velocitatis: nulli alteri motui velocitatem comparabilem: cum alter quicunque motus sit cum resistentiā, & infinite velocitatis ad finitam nulla sit proprie: sicut neq. linea infinite ad finitam. Impossibile est autem motum esse infinite velocitatis, sicut & linea infinite extensis, aut infinite intensitatis qualitatem, & omnis motus omni secundū velocitatem comparabilis est: sicut & linea lineae secundum extensionem & qualitas qualitatibus secundum intensitatem: igitur impossibile est vacuum per se moueri. Quod si dicant vacuum non moueri per se, tunc vel corporum que a vacuo mouentur plenū recipiut plenum aut in vacuo. (Nihil quidem refert an huiusmodi corporum vacuum recipiat in pleno aut in vacuo: quia eorum vacuo nihil resistere naturam est.) Non in pleno, nam si plenum in pleno recuperetur, corpora (ut ipsi concedunt: non videntes quoniam sibi vicinē corpora cedunt) se penetrarent. Eorum igitur plenum recipiut in vacuo, quod omnino simile est atq. si quis dicit corpora in vacuo moueri. At prius ostendit corpora non posse moueri in vacuo, aut ipsa debere moueri in momento: ergo non est ponendum vacuum corporibus immersum. ¶ **X**uthi rationis solutio. Negandum est primum Xuthi assumptum scilicet si non est vacuum corporibus immersum: aut oportet nunquam aliquid rarefieri sine densari, aut totum mundum turbari corpore aliquo rarefacto aut densato: aut semper ex aequali equalē generari. Nam totius huiusc conditionalis antecedens verum est, & consequens falsum: cum qualibet trium partium disjunctive sit falsa: quare oppositum consequentis scilicet aliquid corporis rarefit aut densatur, & non totus mundus turbatur aliquo corpore rarefacto aut densato, & non semper ex aequali equalē generatur: sicut cum antecedente, non est vacuum corporibus immersum. Nam sicut prius calidi, & deinde frigidi eadem est materia, contra prius frigidi & deinde caliditatem rari & densi eadem penitus materia est: ut cum ex aere sit aqua, materia que prius in se quantitatem habuit raram, ea desperita suscipit densam: perinde atq. materia prius calida deputata suscipit frigidi tangentem. Et cum ex aqua sit aer, materia que prius habuit densitatem nibil noue pars accipiens, neq. sibi essentiale, suscipit raritatem: sicut prius frigida caliditatem. Et quia modum materia actu calida, est potentia frigida: ita actu rara est potentia densa, & actu densa potentia rara: ut vtrumq. illorum ut contraria in potentia, que successivē sit actu. Similiter si intelligatur circumferentia circuli amplior: que continue secundum circuitum decrescat, & in minorem redigatur ambitum, propinquius ad centrum accedendo: aut eadem proorsus superficie atq. quantitate cum materia manente intra circumferentiam: posterioris quidem contraria. Et prius diffusio, sicut id impossibile sit, aut non eadem manente quantitate: sed eadem omnino manente materia per condensationem sub amplio & sub arcto. Tunc primo modo eadem sunt partes & quantitatis & materie contentae intra minorem ambitum, que intra maiorem. Secundo vero modo eadem sunt partes materie contentae arctiore circuli circumferentia, & prius ampliore. Ita eadem omnino est materia sub raro & denso. Et sicut in quantula acunq. parte scintille secundum magnitudinem sumpta est candor respondens luci igne, & caliditas: sic nulla materia pars accipi potest quia rarefacto corpore extendatur, & corpore condensato coartetur. Nam sicut alijs accidentibus, ita raritati & densitati materia vicissim est subiecta. ¶ **E**x his constat non esse ponendum vacuum ut sit leuc. Nam rarum natura (ut ignis) & leue est & molle, quod tamen rarum ponitur sine vacuo. Ita densum (ut terra) est durum & graue. Non tamen vniuersaliter quicquid grauius est, semper est durius. Nam plumbeum grauius est ferro: ferrum tamen plumbum durius est. Et est grauitas ad deorsum mouendum, levitas autem ad mouendum sursum. Mollities vero & durities sunt qualitates alteratiue. ¶ **D**ecimi capituli note.

¶ **I**Id alterum mensurat, quod aliquotiens sumptum aut excedit aut equat. ¶ **N**unc primo. ¶ **T**otius celi conuersio intelligitur, cum motus ipsius ab eodem puncto in eundem punctum fuerit regrediens.

¶ **D**ecimum caput continet tres rationes temporis non esse contendentes, quatuor de tempore antiquo. Tria opiniones, secunda, tercia & quartae reprobatio. ¶ **T**res rationes q̄ temporis non sit. ¶ **P**rima. qd cōstat ex iis que non sunt, nō est. Tempus autē cōstat ex prēterito & futuro q̄ nō sunt. Nā p̄teritū, iā factū abiit;

futurum vero nondum est. Igitur tempus non est. ¶ **S**ecunda. Omni composite existente vñmies aut aliquæ eius partes existant necesse est: nulla autem partium temporis (vt dictum est) existit, igitur neque tempus existit: esset enim tempus compositum. Et esto nunc sit: nunc tamen, temporis non est pars. Nam pars est quæ totum mensurat: nunc autem tempus mensurare nequit: vt neque punctus lineam, non ergo temporis erit pars. Non enim tempus ex nunc compositum esse videtur. ¶ **T**ertia. Si tempus est, cum intrinsecus temporis nō sit pars, est temporis terminus: videtur enim prēteritū & futurum determinare: hoc autem videtur esse non posse, quia aut continuo esset alterum & alterum nunc, aut semper unum, idemq. manens. Non continua alterum & alterum, quia aut prius maneret cum posteriori: hoc autem non. Nam plura instantia simul esse non possunt: imo neq. plures temporis partes, nisi forte alteram ut plus, alteram ut minus continentem intelligas. Corrumperetur ergo nunc prius, quod non minus impossibile est, quia non corrumperetur in seipso, esset enim simul & non esset. Neque in tempore sequente, nam partes haberet. Neque in altero nunc, quia vñm nunc non simul est cum altero, ut neque punctus cum puncto, sed inter quilibet duo est tempus interficiens: in quo quidem sunt alia nunc innumerā, cum quibus oportet simul ipsum nunc prius manere. Neque semper est nunc vñm, idemq. manens. Primo. Quia nullius diuisibilis finitū (cū usū modi aliquid esset assignabile tempus) tantum vñus terminus est. Nunc autem est terminus. ¶ **S**ecundo. Quia nullum continuum vñ termino contentum esse potest: tempus autem esset continuum. Tertio. quia ea que facta sunt ante annum nullū continuum simul essent cum his quæ sunt hodie. Nam in vñ eodēq. nunc: quæ statim impossibilia videntur: non igitur est tempus. ¶ **Q**uaz 35 tuor de tempore opinōnes. ¶ **P**rima est dicentium tempus esse cœli motum. ¶ **S**ecunda est dicentium tempus esse círculum, sphēramq. cœlestem: hac ratione inotī quod tempus confineat omnia: círculus autem sphēraq. cœlestis omnia continet: non intelligentes res aliter tempore & aliter círculo & sphēra contineret: poterant enim in oppositum illius facilius duci: videntes quamlibet partem temporis ut præteritū & futuri inesse tempus: non autem círculum & sphēram, neq. quamlibet partem círculi, sphēraq. círculum esse & sphēram. Et si plures círculi sint & sphēraq., plura simul esse tempora. Sed hoc certe stultius est quam vt (que dicit impossibilia) considerationem (vt fellantur) requirat. ¶ **T**ertia est dicentium tempus esse totius cœli conuersōnem. Sed quomodo: cum die existente & nocte existente tempus non esset: non enim aut die aut nocte existente est totius cœli conuersio. ¶ **Q**uarta est dicentium tempus esse motū idem. Qui quod non recte dicant facile est perpendere. ¶ **P**rimo. Quia motus sunt diversi, tēpus vero omnium vñam, & motus solū in iis sunt quorum sunt motus: tempus vero vñique & rebus omnibus adest. ¶ **S**ecundo. Quia simul motū motu velociter: & motum motu tardiorē assignas, non autem tempore velocius, aut tardius assignare potes. ¶ **T**ertio. motus velox & tardus tempore diffiniuntur. Est enim motus velox: quo mobile in pauco tempore multum pertransit. Tardus vero, quo quidem mobile in multo tempore pertransit parum: tempus autem (adiunge si lubet aut velox aut tardum) tempore non diffiniat. Nō est igitur tempus aut motus aut mutationi idem. Nihil enim hiē inter motum & mutationem interesse ponimus.

#### ¶ Notarum decimi capitis declaratio.

¶ **D**uplex est pars mensurans totum. Quia ad am numerativa: que èquat totum, neq. ex crescendo neq. decrescendo. Ut quantitas per talis decies sumpta: èquat quantitatem decupedalem. Alia est consuetus solum: que aliquotiens sumpta, totum excedit: ut quantitas tripedalis quater sumpta excedit quantitatem decupedalem. ¶ **N**unc, in prima significacione (cuius meminit introducio) hoc in loco sumitur, scilicet pro impetrabili nobis adiacente. ¶ **C**um cœlum a punto orientis moueri cœptum, perfecto suo circulo lo rursum in orientis punctum regreditur: tunc totius cœli facta conuersio intelligitur. Partis diuisio

34. **D**ecimum caput primo tres rationes temporis non esse probantes continet. ¶ **P**rima. Quod constat ex his que non sunt, non Rationis tempus non est tempus. Cuius quidem rationis maior si intelligatur ex eo quod compotitur ex his que nullo modo sunt actū admittitū. probantū p̄t ma. Si vero de eo quod constat ex his que partim sunt actū & partim potentia, negatur. Insuper negādū est tempus constare ex his que non sunt. Nam et si prēteritū potentia & futurum potentia non sint: tamen prēteritū actū & futurū actū que tempore sunt partes, sunt. ¶ **S**ecunda ratio. Composito existente ut partes eius sint, neceſſe est. Nulla autem pars temporis est: sicut neque tempus est. Pro cuius solutione conceditur composito existente omnes eius partes esse: si totum sit permanentem naturam, aut alias quas eius partes esse, si sit exanimus & fluxim: cuiusmodi est sonus et latitudo. Deinde negandū est nullas tempore partes existere. Nam ut tempus successivum est, ita eius partes una prius & altera posterius existunt. Conceditur insuper nunc & impetrabile temporis non esse partem temporis: ut neq. punctum, partem lineæ. Nam omnis pars mensurat totum. Num autem non mensurat tempus, cum tempus minimus ex instantibus sit compositum: sicut linea non componitur ex punctis, ergo num & impetrabile non est pars temporis. ¶ **T**ertia ratio. Si tempus est, oportet nunc esse terminum temporis, cum non sit eius pars. Sed nunc non est terminus temporis. Quia aut continuo esset aliud & aliud nunc: & tunc si prius maneret ceterum posteriori, plura instantia simul essent. Si vero prius nunc corrumperetur, ipsum simul esset & non esset. Aut semper esset idem nunc: & tunc tempus non esset successivum sed permanentem: sicut suus terminus, igitur tempus non est. ¶ **E**t hoc solitudinē admittendo ipsum nunc esse terminum & ultimum temporis. Et sicut continuo alia & alia est temporis pars: ita alterum & alterum continuo est nunc, illas partes terminandas. Concedendum est insuper nunc prius non manere ceterum posteriori, quia plura instantia simul esse non possunt sibi proxima & immediata secundum durationem: non quidē quod nunc habet durationem, sed q̄ nō posse.

sunt unius & eiusdem durationis eadem parte esse terminus: sicut impossibile est plura esse puncta simul secundum extensionem, sic quod sunt unus & eiusdem extensionis terminus, & secundum eandem partem. Imo neque plures temporis partes simul secundum successionem esse possunt, nisi una pars ut maior, altera vero ut minor intelligatur. Totius enim temporis, a parte a c, & ad simul sunt: nam pars a c est maior & continens: pars autem a d est minor & contenta. Ulterius dicendum est quod nunc prius non deperdit mutatione temporanea: sed deletur transmutatione momentanea atque instantanea ad deperditionem temporis eius est terminus. Et sicut temporis una pars non deperditur in altera, sed se ipse sibi ipsi est deperditionis mensura, ita instantes se ipso abeuntur: ut cum prius fuerit, postea non est: uno quoque abeunte alterum succedit, vt secundo dialogo planius ostendetur. Neque gaudium est autem quod si se ipso corrumpetur, ipsum nunc simul esse & non esse. Nam eius deperditio successiva non est, sed cum corrumpitur, amplius non est. Ultra concedendum est quod ipsum nunc non corrumpitur in tempore tanquam mensurante suam deperditionem, haberet enim hoc posita partes, temporis partibus respondentes. Conceditur praeterea quod unum nunc in altero non corrumpitur, ut neque una temporis pars in altera: quia unum nunc non est simul & proxime cum altero, sicut punctum non est puncto continue proximum, sed inter quilibet duo instantia mediat tempus, in quo & alia sunt instantia. Modo si unum nunc maneret cum altero nunc extenso & signato, etiam maneret cum omnibus nunc intermedios quod impossibile est. Nam licet plura nunc sunt simul in eodem tempore tanquam terminus in terminato: non tamen simul secundum successionem, sicut neque plures temporis partes secundum successionem simul sunt. Conceditur insuper non semper idem nunc, sicut in tota linea non est unum idemque punctum. Primo, quia nullus divisibilis finiti tantum unus est terminus. Tempus autem est divisibile & finitus: igitur temporis non tantum unus est terminus. Secundo. Quia nullum continuum secundum rectum uno termino continetur, sed ad minus duobus. Tempus autem est continuum. Tertio. Quia illa dicuntur esse simul: que sunt in eodem nunc: sed facta ante annum millesimum & hodie facta, res sent in eodem numeri ergo sunt simul quod est inconveniens. ¶ Quatuor de tempore opiniones. ¶ Prima est dicentum tempus esse celum motum. Et hi si per celum, primum mobile intellexerint, recte senserunt. Si feceris, perperam. ¶ Secunda est ponentem tempus esse ipsum celum, qui hac ratione mouebantur. Caelum omnia continet, & tempus omnia continet, ergo tempus est celum. Sed ex puris affirmatiuis in secunda figura syllogizantes multiplicite quoque falluntur. Nam celum omnia continet tanquam corpus locans ipsa locata. Tempus autem continet omnia sicut mensura durationis, eaque sunt in temporalis duratione. At quod non recte dicunt, patet primo: quia quilibet pars temporis est tempus, sed quilibet pars circuli non est circulus, ergo circulus & celum non est tempus. Tertio. Quia plures & specie diversi sunt celi simul existentes. Non autem plura simul sunt tempora, ergo celum non est tempus. ¶ Tertia est dicentum tempus esse totius celi conuersione, completamque circulationem. Sed non recte. Nam die existente tempus est, & tamen non est totius celi conuersio. Etiam nocte existente tempus est, & tamen non est totius celi conuersio. ¶ Quartae est dicentum tempus esse idem omnino motui. Quos non recte dicere sequentes rationes ostendunt. Primo. Quia diuersorum mobilium lationes sunt diuersae & specie differentes. Omnim autem est unum, idemque tempus. Praeterea motus solum sunt in mobili. Tempus autem rebus omnibus adebet, ut mensura mensuratis. Secundo. Quia dicimus unum motum altero velociorem, & motum unum altero motu tardiorum. Non autem recte dixerimus unum tempus altero velocius, aut tardius. Tertio. Motus velox tempore diffinitur, quod sit quo mobile in pauco tempore multum pertransit spacijs: ut sagitta in uno minuto quatuor aeris percolans flacula. Et motus tardus est quo mobile in multo tempore parum absolvit spacijs: ut sagitta in quatuor minutis unum transiens fladium. Tempus autem temporenon diffinitur, quia idem non diffinitur se ipso. Et velox & tardum inrete temporis attribuuntur: sicut tempus non est idem motui.

¶ Undecimi capituli note.

¶ Motus, motus localis, ratio. ¶ Nunc primo, mobile: ut id quod est ad tempus relatum. ¶ Secundo, temporis: in partibilibus terminus. ¶ Numerus primo, numerus quo numeramus, numerus numerans ut ratio, 2.3.4.5.6. ¶ Secundo: numerus numeratus, res numeratae.

Ndecimum caput continet duas conclusiones: duas rationes ad primam: diffinitio  
nem temporis: declarationem. Et trium rationum tempus non est contendentium solutiones. ¶ Prima conclusio. Tempus aut aliquid motus est, aut sine motu non est. 36  
 ¶ Primo. Nam cum intelligentia motum non capimus: neque tempus capimus, quemadmodum accidit nobis dormientibus. Cum enim expergiscimur, nunc primum, posteriori nunc fungimus: ac si nullum intercessisset medium, quia motum interiacentem non percipimus; quod (vt fabula tradunt) accidit Herosibus qui aliquid secula in Sardo dormierunt. Signum est igitur aut tempus aliquid motus esse, aut sine motu non esse: ea nempe simul aut percipimus, aut nos simul latent: & temporis sensus cum motu sensu semper confunctus est. ¶ Secundo. Si secundum corpus omnino quiescamus, & adortis tenetibus omnif officio sensus vacemus, solum animo motum aliquem contemplantes, protinus occurrit & tempus: immo cum nobis cogitantibus occurrat tempus, protinus sese animo offert & motus. Quare non modo tempus sine motu non est, sed motus aut aliquid motus esse videtur: ut quod a motu seorsim separari non possit. ¶ Secunda conclusio. Motus est continuus, simul & tempus continuum. ¶ Nam quod loco mouetur, ex quocdam mouetur in aliquid, spacio quodam & intervallo medio, & simul cum magnitudine continua attenditur. Est igitur motus (ut spacijs & medium interallum) continuus: qui cum sit continuus, & tempus aliquid ipsum motus continuum erit: videtur enim tempus, prius & posteriorius esse in motu. Unde sicut in magnitudine & spacio aliquid est prius & aliquid posteriorius, ita & in motu aliquid prius est & aliquid posteriorius. Id enim motus prius est, quod magnitudinis respondet priori, & posteriorius quod



posteriori. At hoc interest, quia magnitudinis prius & posterioris fixa permanent: motus vero prius aboretur posteriore succedente. Et prius & posterioris in motu & motus idem sunt: rationes autem diversae. ¶ Ex his diffinitionem temporis elicimus, quod tempus sit numerus motus secundum prius & posteriorius. ¶ Tunc enim tempus intelligimus: cum in motu duo extrema animo constitutamus: hoc prius, illud posteriorius: inter quae medium apprehendimus, cuius pars prior atque pars posterior mente concipiatur: & illud est tempus. Est enim nunc temporis terminus: & hoc quidem suppositio est. Potest & nunc unum in apprehensionem temporis ducere, cum ipsum ut finis & exitus unius sit capimus: & initium alterius. Ex hoc enim, prioris & posterioris sensus elicetur. Nam prius id erit, cuius nunc exitus fuerit: id posteriorius, cuius nunc ponetur initium. At vero quod tempus recte dicatur numerus: quia ratione temporis plus & minus motu attributus. Hec autem soli numero copinetur. Est igitur recte dictum tempus esse numerus. ¶ Bifaria tamē dicitur numerus. ¶ Primo. Quia quicunque numeratur res. ¶ Secundo. Quod numeratur & res ipsa numeratur. ¶ Tertius rationum tempus non esse contendentium solutiones. ¶ Primae & secundae. Tempus & temporis partes sunt, quo modo motus & motus partes: & si cut motus continue alius & alius, & tempus. ¶ Tertiæ. Ipsum nunc quod defertur, ipsum inobile est, quod ideo nunc appello, quod ipsum motus comparatum se habeat, ut punctus ad lineam: nihil sua entitate suaque essentia successionis retinens: & hoc quidem, prius & posteriorius mensurat tempus. Et est continua ut idem: quia unum inquit est id ipsum quod est: & est ut non: quemadmodum punctum quod defertur (ut lapis aut aliud quicquam) semper id ipsum quod est, idem est: ratione vero alterum: sicut nuntiatur Sophistæ ostendere Cœlum alterum esse in domo, & alterum in theatro. Et in ipso quidem nunc fertur, cognoscimus prius & posterioris, & ex eius numero conflatum tempus. Quod enim inutile est secundum prius & posterioris, ipsum nunc est. Et motus propter id quod mouetur est, & loci mutatio propter id quod fertur. Et si non sit tempus, neque nunc est: & si non est nunc, neque tempus. Sunt enim hec simul, ut si non sit loci mutatio, neque quod fertur. Et ipsum nunc quod fertur ut numeri unitas est: quæ continente cogitatione & intellectu, alia: numerum constituit, temporis numero correspondens. Nunc vero capimus & alio modo: ut quod sit temporis extremum & terminus. Unde dictum est ut magnitudo continua est, & secundum locum mutatoria: quia & tempus habet ut sit continuum. Et sicut magnitudinis punctum terminat & continuat, ut unius finis & alterius principium: ita & nunc quadammodo terminat tempus, & nunc uno ut duobus vniatur: numerus hic tamen tempus non est. Nam mobile staret & quiesceret: sed numerus prioris & posterioris motus interdum nunc constitutus: ille est tempus. ¶ Unde sit ut nulla temporis pars evadat ipsum nunc: ut neque linea in puncta, sed tempus in tempora, ut linea in lineis (quæ eius sunt partes) dirimitur. Et ipsum tempus numero quo numeramus maximam gerit similitudinem, quamvis sit numerus qui numeratur. Nam sicut idem numerus plurimum ut hominum, equorum, & canum quo ea numeramus esse potest, ita & tempus idem plurimum motuum numerus. Sed quod tempus sit numerus prioris & posterioris motus: quodque continuum, plus quo dictum videtur;

¶ Notarum undecimi capituli declaratio:

¶ Motus in hoc loco pro motu locali & ratione sumitur. ¶ Nunc in prima acceptione quæ in tertia rationis solutione ponitur: Dic et ipsum est primum mobile, quod sua essentia nihil habet successionis: nec est punctus nihil extensionis. Et ipsum ad tempus relatum, compare nunc acceptio ratumque, vocatur nunc quod defertur: In secunda vero acceptione, nunc est tempus, sive praeteriti, sive presentis, sive futuri in nasci partibilis terminus, & diffinitur esse temporis ultimum successionis ex parte. ¶ Numerus in prima acceptione est numerus res numerans & formalis numerandi ratio, quæ rationalis anima sensibilia, intelligibilia, substantias, accidentia numerat: & eum explicamus bis notis, 2.3.4.5.6. ¶ Hic est qualitas discreta: quo anima dicitur numerans denominatione intrinseca sicut vlna à sua extensione dicitur mensurans, & oculus a visione parietis que est in ipso dicitur videns. At quemadmodum vlna non est sua extensio neque oculus visio: ita neque anima est numerans: sed absoluta numerandi ratio (quæ est verum accidentis animi, sicut extensio, vlnæ lignæ accidentis est & visus oculi) numerus est, in anima existens tanquam suo subiecto. ¶ Numerus in secunda acceptione est numerus numeratus & res ipsa numerate, quæ denominatione extrinseca: sicut pannus dicitur mensuratus ab extensione vlnæ extrinseca panno, & paries dicitur visus non a visione que sit in pariete: sed a visione quæ est in oculo extrinseca ipsi parieti. Et hic non est qualitas discreta sed quantum discretum: ut due medietates lineæ, tres terciae, quatuor quartæ sunt quantatae discretæ, quæ a numero animi eis applicato denominationem sumunt. Et sicut a visione quæ est in oculo oculus non dicitur visus sed videns, & ab auditione ipsa auris dicitur audiens: ita a numero existente in anima, ipsa anima non dicitur numerata, sed numerans. ¶ Quod autem numeri formales & absoluti sint in anima a rebus numeratis distincti, hoc patet indicio. Si quis per contetur a caco: utrum omnis numerus duorum circum se positionum & equaliter ab eo distanti, simulque iunctorum sit me- dietas: cogitat senarium quinarij & septenarij simul sumptorum esse medietatem. Eundem octenarij & quatenarij (qui simul iuncti duodenarium reddunt) esse medietatem. Eundem nonenarij & ternarij esse medietatem. Denique binarij & dehanc & po- stis distinguuntur. Numeri mi- merantur tamen a rebus numeratis binario, ternario, quartario, quinario explicamus.

¶ Ndecimi capituli prima conclusio. ¶ Tempus aut aliquid motus est, aut sine motu non est. Sane aliquid motus est

tempus: nam re ipsa est pars motus primi mobilis, & sine motu non est: quia secundum rem est ipse motus, licet ratio diuersa sit. Temporis ratio temporis & motus. ¶ Primo: quia cum motum non intelligimus, neque tempus intelligimus: vt cum somno capimur, ne motu semper quo excaesi, nunc inceptionis dormitionis quod prius est, coniungimus inslanti inceptionis evigilationis quod posteriorius est: per coniungi ac si nullum esset tempus intermedium: quia motum celi intermedium non percipimus: quod memorant accidisse viris illustribus qui longa temporum spacia in Sardo urbe Lydie dormierunt, & experiebti arbitrati sunt se parvo admodum tempore dorminius esse: gitur tempus est aliquid motus aut non sine motu: quandoquidem cognitionis temporis cognitionis motus semper coniuncta est. ¶ Secundo: Si quis sensuum operationem, functionemq; non exerceat: vt neque videat, neq; audiat, neq; olfacti, gustet aut tangat, & solo intellectu motum contempletur: intelligentie motus simul occurret tempus. Et contra quando occurrit animo nostro tempus: simul occurrit & motus: gitur tempus est aliquid motus aut non sine motu. Si enim sine motu esset, vnum sine altero intelligere possemus. ¶ Secunda conclusio. Motus localis est continuus, simul & tempus continuum. Dicitur motus localis continuus, 37 quia partes eius secundum successionem copulantur ad terminum communem scilicet momentum, quod est motus ultimum, successione expers. Et tempus continuum, quia partes eius secundum durationem coniunguntur ad aliquem terminum communem scilicet inslans. ¶ Pratet conclusio. Quia quod loco mouetur, ex quadam loco in aliquem locum mouetur, spacio quadam medio intercepto: super quod fit motus ille secundum locum, qui secundum magnitudinem supra quam fit attenditur. At spacium motus spaciū continuitatē gitur & motus secundum locum supra ipsum factus est continuus. Ultra, motus localis est continuus. Tempus autem est aliquid ipsius motus: gitur & tempus est continuum. Si enim totum continuum est: & pars ipsius est continua. Alioquin constituent ex non continua componeretur, quod est impossibile. Vnde sicut in spacio est pars prior secundum extensem, & pars posteriori in motu facto super spaciū est pars prior secundum successionem & pars posterior. Est enim prior pars motus quae respondet priori parti spaciū: & posterior quae posteriori: vt mouetur e mobile per spaciū a d diuisum in tres partes: a/b/c dlatio a/b prior pars lateralis, quia fit super primam partem totius spaciū. Et latio b/c secunda pars motus quia fit super secundam partem spaciū. Latio autem c/d postrem latio est pars, quia respondet postrem parti spaciū. Et ita qualis ordinatio & diuisio partium spaciū, talis est partium lateris, spaciū partibus respondentium. Id tamen interest, quod prior & posterior pars spaciū manent permanentes & fixe. In motu autem locali pars prior non manet cum posteriore, cum motus non sit permanentis natura. ¶ Ex his diffinitio temporis facile habetur, quod est numerus motus secundum prius & posterius. Numerus quidem 38 numerans ipsius motus localis, non cuiuscunq; sed primi mobilis secundum partem priorem successionis & posteriorem. Ut si tota primi mobilis revolutione intelligatur diuisa in 24 partes: unam priorem & alteram posteriorem apprehensas secundum datum numerum illae numerus partium motus prius & posterius apprehensionis est tempus & dies: & quilibet partium est hora. Tunc enim tempus intelligimus, cum in motu primi mobilis (exempli gratia viiius horæ: vt a/b) duo extrema, impartibiliaq; constituantur: a momentum incipiens & b momentum finiens a quidem prius & b posterius: inter quae medium apprehendimus totum motum a/b: cuius pars prior a/c & posterior c/b mente concipiatur. Et id totum interceptum est tempus: cuius a est inslans incipiens & b inslans finiens, & a pars temporis prior, b pars posterior. Sicut enim tempus re ipsa est motus: ita inslans temporis est momentum motus, tamen secundum diuersas rationes. Et quemadmodum supponit geometricus punctum esse terminum lineæ, ita naturalis Philosophus pro principio, iupositioneq; habet nunc esse terminum temporis. Ex uno etiam inslanti continuante vt, possumus quid tempus si intelligere: quod est finis viiius partis temporis scilicet a/c & principium alterius vt c/b: ex quo quae temporis prior est pars, & que posterior, cognoscitur. Nam temporis pars prior est, cuius datum nunc finis fuerit, vt a/c: & pars posterior, cuius datum inslans est principium: vt c/b. ¶ Quad autem tempus sit numerus, hoc patet indicio: quia plus 39 & minus sine pauciori primo numeris conuenient. Est enim plus quod plures unitates continet: & minus quod pauciores. At quia numerus applicatur temporis plus & minus consequenter tempori attribuuntur: vt plus in tempore dicatur cui maior numerus applicatur: & minus cuius prius. Ratione autem temporis deinde plus & minus motu conuenient. ¶ Trium rationum tempus 40 non esse probandum solutiones. ¶ Prima & secunda. Sicut motus localis partim est actu, & partim potentia, & suae natura fluens & evanescentia tempus. Et sicut partes motus non simul, sed successivae sunt, una prius & alia posterior, ita & partes temporis sibi vicissim succedantur. Denique vt continuo est aliud & aliud tempus. ¶ Tertia solutione. Primum mobile vocatur ipsum nunc quod desertur, quia sicut nunc & impartibile temporis omnino successionis est exceptus: ita primum mobile sua substantia & essentia nihil habet successionis, sicut neq; punctus quicquam extensionis lineæ. Hinc ipsum nunc quod desertur ad tempus: est vt punctum ad lineam. Rursum quemadmodum materia sua essentia successionem non habet, sed accidentiam, sed albedo ei accidentem est & advenientiam: sic primum mobile de sua essentia successionem non habet, sed accidentiam & advenientiam. Et successionis ipsa quae tempus est, secundum prius & posterius mensurat primum mobile, hocq; nunc quod desertur: sicut mensura in trinsecu id in quo est, & quemadmodum longitudine vlnæ ipsam vlnæ substantiam mensurat. Alia autem mensurat tempus vt mensura extrinsecu & tanquam vlnæ pannum. Et ipsum nunc quod desertur est continuo, vt idem secundum substantiam & re ipsa: quia nihil substantiae fixæ eius substrabitur aut adjicitur. Siquidem metaphysicum principium est, vnumquodque est id ipsum quod est, vt homo sua substantia est homo, & equus quamdiu est, sua essentia equus est: & quodlibet sibi idem: quo summa rerum identitatem quam perfectissime potest imitetur. Et ipsum primum mobile etiam est non idem secundum rationem, quia gratia successionis in ea existentes diuersas sortitus rationes & denominations. Quemadmodum lepis f, aut quodvis aliud loco mobile (quod vocat punctum quod desertur, quia suae natura nihil habet successionis, rationeve: vt neque punctum quicquam extensionis) idem essentia est per totum spaciū a c: neque ei quicquam additur aut substrabitur. Continuo tamen est vt alterum secundum rationem: cum enim mouetur per spaciū a b, habet successionem a b secundum quam denominatur moueri. Et quando fertur in spaciō b c: aliam habet successionem a qua nouam sumit rationem. Et ita quando super spaciū c d, & d e mouetur, aliam & aliam subit denominationem ob rationum diuersitatem, quemadmodum idem estre ipsa Chrysostomus in domo & theatro, alter tamen ratione ex qua rationum differentia non recte (tacsi id sophistice amittantur) concludimus.

illa esse duo re ipsa. Et in ipso quidem nunc vt fertur / cognoscimus prius & posterius. Neq; ab re adiecta putetur hec particula: vt fertur. Nam in ipso mobilis secundum essentiam suam non attenditur prius & posterius: sed in successione sua/quæ in ipso sicut extensio in materia. Vnde sublate successione & manente sola coeli substantia: amplius in eo non est prius & posterius; ex cuius quidem prioris & posterioris numero conflatur tempus. Quod enim mutabile est secundum prius & posterius successionis: est ipsum sum: nunc quod desertur. Et loci mutatio propter ipsum loco mobile: vt ipsum sit quo modo natum est & seruit ambitatio data est homini: vt per eā prosequatur conueniens: & fugiat disconueniens. Et si non sit tempus: neq; ipsum nunc quod deserturi quæ oclausum est: & seruit materia sine forma. Et contra si non est nunc quod desertur, neq; est tempus: Alioquin est accidentis sine substantia. Vt igitur unitas numeri vna & eadem re ipsa ratione tamen diuersa diuersos constituit numeros. Unitas enim binarij constituit binarium & unitas ternarij ipsum ternarium, sed unitas binarij & unitas ternarij ratione sunt diuersa. Sic unitas ipsius primi mobilis tripla eadem tamen continue altera & altera secundum diuersas rationes numerum constituit: & numerus rationum respondet numero successionum, vt si quatuor sint ipsius mobilis diuersae rationes: & quatuor sunt partes successionis sine temporis. Reste ergo unitas mobilis cogitatione & intellectu aliquando temporis correspondens dicitur. ¶ Captur p̄terea nunc in altera acceptio 41. acceptance pro temporis termino & extremo analogo ad punctum in linea. Et nunc vno secundum rem vt continuante/tangente duobus secundum rationem utimur: principio scilicet unus partis & fine alterius. Hic tamen numerus sumptus ex nunc extremos minime tempus est. Nam si numerus ille est tempus: primum mobile staret, cum primum mobile non sit natum moueri nisi per motum. Illud autem nunc non est motus quia est indivisibilis secundum successionem: quare per ipsum nunc/mobile non mouetur: & gitur mobile staret & quiesceret quod natura est impossibile: sed prius & posterius in motu inter duo nunc clausum tempus est. Vnde si cut nulla linea pars eadē punctum/quia unaqueq; punctis clauditur: ita nulla temporis pars euadit ipsius unitate: quia quilibet pars ipsius in partibus terminata continetur. Et quis tempus sit numerus numeratus tamen magnam habet cum numero numerus rante conuenientiam. Nam sicut idem numerus numerans est plurim rerum numeratarum vt idem denarius decem hominum/decem equorum/ & decem canum: ita idem tempus est plurim motuum: vt generationis ignis/calefactionis aquae/ & ambulationis hominis (modo simili/eadem: duratione fiant) mensura. ¶ Duodecimi capituli notes. ¶ Id dicens ete in motu: quod partes/partibus motus habet respondentes: vt actum actu atque potentiam. ¶ Vdécimū cap. continet septem conclusiones, tres rationes ad quartam, unum corollarium ad sextam, quattuor ad septimam. ¶ Prima conclusio. Temporis quodammodo in modo est minimum: quodammodo vero non est. ¶ Nam numerorum minimum est dualitas: & numeri minimum ipsa unitas. ¶ Tempus autem descriptum est esse numerus. Igitur temporis vt numerus est: minimum aut duo aut unitum est. Est igitur temporis quodammodo minimum. Atvero cum (vt dictum est) tempus sit continuum: & continuorum vt linea non sit minimum. (Semper enim divisibilis linea est) temporis vt continuum est: non est tempus minimum. ¶ Vnde ratione non caret cur tempus multum & paucum/ longum & breve/ & non velox propriè dicatur atque tardum. Nam vtriusq; quantitatib; & discrete & continuæ conditione retinet. Vt igitur numerum esse consideramus: ipsum & multum & paucum dicimus, vt vero continuum est longum & breve. Et cum nullus numerus propriè velox dicatur atque tardus: ipsum neq; velox propriè dicimus neq; tardum. ¶ Secunda conclusio. Omnimis simul existentia & vbiq; est idem tempus: prius tamen temporis & posterius non idem. ¶ Nam omnia simul existentia & vbiq; mensurat, vt numerus idem centum homines & centum equos: quorum alter est numerus centum hominum & alter centum equorum. Et tempus est numerus non numerans / sed qui numeratur secundum prius & posterius: cuius una pars prius sam facta est altera vero futura est. Vnde oportet semper prius alterum esse a posteriori. ¶ Tertia conclusio. Sicut eundem & consimile motum redire contingit: ita & idem tempus. ¶ Redirent enim consimilia secundum vires suas: velas/antennas/ & hyems: quemadmodum continebantur. ¶ Quartæ conclusio. Non solum motum tempore metimur: sed & contra motu metimur & tempus. ¶ Primo. Nam tempus mensurat motum, est enim numerus motus: & dicimus tempus multum aut paucum / in quo thulatus motus aut paucus factus est: tempus hoc pacto mensurantes. Secundo quia idem in numerabilibus accedit. Nam de numero: decem equos apprehendo & ex denario equorum / denarium numerum in mente concipio: denario decem equos mensurans: & decem equis educto denarii, numerum igitur & id videri accidere tempori & motui. ¶ Tertio. Motus comitatur magnitudinem: & thulatus tempus. Merito igitur sic se feret tempus ad motum: vt ad magnitudinem motus. At magnitudo mensurat in motu / & in motu magnitudinem. Nam profectione dicimus multam: quia via est multa: & dñe tempus multam: quia profectio multa est. Debita igitur ratione prouenit vt & tempus motum mensurat: & e dñe tempore in motu reficitur. ¶ Quinta. Res esse in tempore est eas mensurari tempore. ¶ Nunc tempus est mensura motus & eius quod montetur: quicquid modum cubitus alicuius magnitudinis: magnitudinem mensurat. Ceteras igitur res quae sunt in tempore mensurat tempus / & eas esse in tempore: est eas mensurari tempore. ¶ Bisatis enim potest aliiquid esse in tempore. ¶ Primo. Quia tunc sit cum tempus ipsum est. Sed putare hoc modo quodemque esse in tempore/nihil aliud est q; si putes celum esse in illo: quia tunc sit celum cu in illo est: & omnes res in omnibus, & aliquid esse in motu & loco: quia tunc sit cum motus & locus est. ¶ Secundo: Quia sit in tpe vt in numero. Et hoc dñscit: quia hoc est aut vt pars/aut passio: vt unitas/pars ipar in numero. Aut vt continete & mensurate: quæadmodum res dicimus esse/contineti / & mensurari a loco. Ceteræ igitur res cu in

Altera ipsius  
utique acceptioTemporis ad  
numerum: nec  
miserantur  
unitem.

42. 43. 44. 45. 46.

Vdécimū cap. continet septem conclusiones, tres rationes ad quartam, unum corollarium ad sextam, quattuor ad septimam. ¶ Prima conclusio. Temporis quodammodo in modo est minimum: quodammodo vero non est. ¶ Nam numerorum minimum est dualitas: & numeri minimum ipsa unitas. ¶ Tempus autem descriptum est esse numerus. Igitur temporis vt numerus est: minimum aut duo aut unitum est. Est igitur temporis quodammodo minimum. Atvero cum (vt dictum est) tempus sit continuum: & continuorum vt linea non sit minimum. (Semper enim divisibilis linea est) temporis vt continuum est: non est tempus minimum. ¶ Vnde ratione non caret cur tempus multum & paucum/ longum & breve/ & non velox propriè dicatur atque tardum. Nam vtriusq; quantitatib; & discrete & continuæ conditione retinet. Vt igitur numerum esse consideramus: ipsum & multum & paucum dicimus, vt vero continuum est longum & breve. Et cum nullus numerus propriè velox dicatur atque tardus: ipsum neq; velox propriè dicimus neq; tardum. ¶ Secunda conclusio. Omnimis simul existentia & vbiq; est idem tempus: prius tamen temporis & posterius non idem. ¶ Nam omnia simul existentia & vbiq; mensurat, vt numerus idem centum homines & centum equos: quorum alter est numerus centum hominum & alter centum equorum. Et tempus est numerus non numerans / sed qui numeratur secundum prius & posterius: cuius una pars prius sam facta est altera vero futura est. Vnde oportet semper prius alterum esse a posteriori. ¶ Tertia conclusio. Sicut eundem & consimile motum redire contingit: ita & idem tempus. ¶ Redirent enim consimilia secundum vires suas: velas/antennas/ & hyems: quemadmodum continebantur. ¶ Quartæ conclusio. Non solum motum tempore metimur: sed & contra motu metimur & tempus. ¶ Primo. Nam tempus mensurat motum, est enim numerus motus: & dicimus tempus multum aut paucum / in quo thulatus motus aut paucus factus est: tempus hoc pacto mensurantes. Secundo quia idem in numerabilibus accedit. Nam de numero: decem equos apprehendo & ex denario equorum / denarium numerum in mente concipio: denario decem equos mensurans: & decem equis educto denarii, numerum igitur & id videri accidere tempori & motui. ¶ Tertio. Motus comitatur magnitudinem: & thulatus tempus. Merito igitur sic se feret tempus ad motum: vt ad magnitudinem motus. At magnitudo mensurat in motu / & in motu magnitudinem. Nam profectione dicimus multam: quia via est multa: & dñe tempus multam: quia profectio multa est. Debita igitur ratione prouenit vt & tempus motum mensurat: & e dñe tempore in motu reficitur. ¶ Quinta. Res esse in tempore est eas mensurari tempore. ¶ Nunc tempus est mensura motus & eius quod montetur: quicquid modum cubitus alicuius magnitudinis: magnitudinem mensurat. Ceteras igitur res quae sunt in tempore mensurat tempus / & eas esse in tempore: est eas mensurari tempore. ¶ Bisatis enim potest aliiquid esse in tempore. ¶ Primo. Quia tunc sit cum tempus ipsum est. Sed putare hoc modo quodemque esse in tempore/nihil aliud est q; si putes celum esse in illo: quia tunc sit celum cu in illo est: & omnes res in omnibus, & aliquid esse in motu & loco: quia tunc sit cum motus & locus est. ¶ Secundo: Quia sit in tpe vt in numero. Et hoc dñscit: quia hoc est aut vt pars/aut passio: vt unitas/pars ipar in numero. Aut vt continete & mensurate: quæadmodum res dicimus esse/contineti / & mensurari a loco. Ceteræ igitur res cu in

dicantur esse in tempore: quia tunc sunt cum sit tempus (nam nihil propri hoc modo in tempore esse dicas). Neque sint in eo vt partes & passiones. Relinquitur igitur eas esse in tempore vt in numero continente & mensurante. Res igitur esse in tempore est eas mensurari tempore. Consequitur tamen cum aliquid sit in tempore: tunc ipsum esse cum tempus est, & cum aliquid est in loco: tunc ipsum esse cum locus est, sed propterea ipsum esse aut in tempore aut in loco accidit. **Sexta conclusio.** Res que sunt in tempore/patuntur in tempore: & tempus videtur per se esse causa corruptionis. **Nam consueuerunt** (vt videtur) res in tempore tabescere/potescere/conscescere omnes: oblitio nūha deleri: quorum nihil præter tempus causam afferre possim. Est enim numerus motus, motus autem disturbat: & alterū esse facit id quod prius erat. At nihil nouum oriri videmus: cuius nullam causam præter tempus afferre possimus. Res igitur que sunt in tempore/patuntur in tempore: & tempus/corruptionis causa esse videtur. **Correlariū.** **Vnde fit** vt immortalia atq; perpetua in tempore non esse dicantur. **Neque enim** continentur neque mensurantur a tempore neque quicq; patuntur in tempore, vt que neque tabescunt neque senescunt: quod iterum signum est ea non esse in tempore. **Septima conclusio.** Tempus mensura est quietis. **Nam tempus** mensurat motum quies autem/priuationis motus est. Mensurat igitur tempus & quietem. Eadem enim habitus & priuationis mensura est. **Vnde** sicut motum dicere solemus esse in tempore: & q̄tus sit assignare: ita & quietem esse in tempore: & q̄tus sit assignare, motum tamen per se & quietem per accidens. Tantā enim quietem dixeris: q̄tus esset motus si tum mobile continue motum fuisset. Atq; q̄tus (qui alibi exercet) motus. Neque idcirco tamē proprie dixeris quietem (quia sit in tempore) eam esse in motu. Nam non idem est. **Primum correlariū.** Vnde fit vt tempus: quod mouetur & quiescens vt talia sunt: mensuraret. **Est** enim (vt dictum est) mensura motus & quietis: quia q̄tia ipsa sunt cognoscimus. Non tamen omnino immobile quiescit: sed primitum motu/aptum natum moueri. **Secundum correlariū.** Vnde etiam quod mouetur: essentia ipsa non mensuratur tempus. **Nam** q̄tatem non habet: sed eius motus q̄tis sunt mensurati. **Tertium correlariū.** Quapropter iterum ea que neque inouentur neque quiescent: in tempore non sunt. **Nam tempus** solum motus / quietisq; mensura habetur. **Quartum.** Fit etiam vt ea que nunq; aliter se habere possunt: non sunt in tempore. **Vnde** quicq; sunt que nunq; aliter se habere possunt: vt diametrum esse incomensurabilem coste. Quædam vero nunq; esse possunt: vt diametrum esse commensurabilem. Et hæc in tempore non sunt: vt quæ a tempore vt æterni claudi non possint. Alia vero ali quando sunt: & eadem aliquando non sunt: vt Homerus in præterito fuit: qui modo non est. & aliquid futurum est quod nunq; non est, & talia & quæcumq; aliquando cum non sunt orfuntur & orta intereunt: esse dicuntur in tempore, vt quod eorum esse excedat & supereret: & quorū sunt generationes & corruptiones.

**Notarum duodecimi capitū declaratio.**

**Sicut** dicimus motum esse in tempore: quia motus partes habet partibus temporis respondentes: vt pars motus actus existens respondeat parti temporis actuali / & pars potentia / parti potentia. Ita dicimus aliquid esse in motu (vt tempus) quia partes habent partibus motus respondentes: vt partem actualēm actuali / & potentialem potentiali.

**D**odecimi capitū prima conclusio. **Temporis quodammodo minimum est/ quodammodo vero non est.** Quatenus enim tempus: vt numerus numeratus consideratur: cius est minimum multitudinis / quia minimus ei numerus aut numeri principium applicatur. Quatenus vero tempus vt continuum intelligitur: eius non est minimum successionis. **Patet.** Nam numerorum numerantium minimus est dualitas: cum nullus numerus pauciores dubius habeat unitates, Unitas enim numerus non est sed numeri principium/minimum quidem quia est indivisibile in partes discretionis. Tempus autem est numerus: igitur eius vt numerus est aut duo sunt (cum scilicet ei applicatur binarius: quo minor ei applicari non potest) aut unum: cum ei applicatur unitas numerans: igitur illustratione applicati numeri quodammodo minimum est. Cum autem omne continuum in minores partes semper sit divisibile: nullius continuo est minimum/aut minim pars. Tempus autem est continuum / vt precedenti capite monstratum est: igitur tempus non est minimum quatenus ipsum continuum est. Quemadmodum linea bipedalis aut pedalis secundum numerum est minimum: non aut secundum extensum. Sicut enim linea bipedalis / & continua quantitas & discretationem habet: ita tempus in sua ratione viriusq; quantitatē conditionem retinet. Ut ergo numerus esse consideratur: ipsum multum aut paucum dicimus: quia multis ei aut paucis numeris applicatus est. Ut vero continuum: dicimus ipsum longum: quia diuturnam habet durationem/aut breue quia correptum: quemadmodum linea longa est quia prorectam habet extensum/aut brevis quia contraria. Et cum viri: qualitatē ratio velocis & tardū impropria est & impertinē: tempus non proprio velox dicitur aut tardū: hec enim proprio motui comparato ad tempus competunt. **Secunda conclusio.** Omnia rerum sensibiles/transmutationes & quorumcunq; accidentia simul existentia & vbiq; est idem numero tempus: prior tamen temporis pars & posterior non est eadem. **Sicut** enim si eadem numero vlna mensuramus panum/purpuram & linteum: quis res mensurata sunt diversae/tamen eadem est mensura: & si centenario numero animi numerantur numerus centum homines & centum equos: idem est numerus numerans: scilicet alius sit numerus numeratus centum hominum & alter centum equorum. Ita omnium simul in tempore existentium est idem tempus mensurans: & si res mensurata sunt diversae. Et quemadmodum vlna pars prior secundum extensionem alia est ab eiusdem parte posteriori: ita & prior pars temporis iam præterita alia est numero a parte eius posteriori & futura. **Tertia conclusio.** Sicut eundem specie & consimilem celi motum redire contingit: & idem specie tempus reuertitur. **Patet.** Quia con similes in ipsis inferioribus statim/determinatisq; vicibus conspicuntur effectus: arborum in vere reuirescentia florūq; repullulatio/ fructuum in estate producō/corundem in autumno maturatio/ & arborum a folijs hiberno tempore deſtitutio: ergo consimilis specie est celi reuolutio: quare est idem tempus. **Quarta conclusio.** Non solum tempus mensurat motum: sed diverso motus etiā

**Q2 tempus**  
vtriusq; q̄tatis  
naturā  
retinet.

**Diversorum**  
mensuratorū  
eandē ēſe me ſuram.

**Idem tempus**  
coſimiliter re dire.

quemadmodum vlna pars prior secundum extensionem alia est ab eiusdem parte posteriori: ita & prior pars temporis iam præterita alia est numero a parte eius posteriori & futura. **Tertia conclusio.** Sicut eundem specie & consimilem celi motum redire contingit: & idem specie tempus reuertitur. **Patet.** Quia con similes in ipsis inferioribus statim/determinatisq; vicibus conspicuntur effectus: arborum in vere reuirescentia florūq; repullulatio/ fructuum in estate producō/corundem in autumno maturatio/ & arborum a folijs hiberno tempore deſtitutio: ergo consimilis specie est celi reuolutio: quare est idem tempus. **Quarta conclusio.** Non solum tempus mensurat motum: sed ediverso motus etiā

mensurat tempus. **Patet primo:** quia tempus est numerus motus: primi quidem motus mensura intrinsecā/ quemadmodum numeri partes ipsum totum numerum mensurant: vt tres binary senarii & duo senarii duodenarii. Aliorum autem motuum est mensura intrinsecā: quia non est in ipsis: ergo tempus mensurat motum. Contra vero quia operatio aliqua est longa aut brevis: tempus in quo facta est dicitur longum aut breve, quare tempus motu mensuratur. **Secundo.** Id in rebus que numerantur contingit. Nam denario numerante quiq; decimi equos apprehendens numero mensurat res numeratas: contra vero ex denario numero equorum in ipsis denarij numerantibus apprehensionem ducitur: per res numeratas apprehendens numerum ita igitur & in tpe & motu contingit. **Tertio.** Motus contatur magnitudine: quia p̄tes habet spaciū p̄tibus respondētes: & ipsi contatur motu: q̄a p̄tes. Ex mensuris habet motus p̄tibus consonantes. Sicut igitur habet motus ad magnitudinem ipsi ad motū. At motus mensurat magnitudinem: vi via mensurata et dicitur lōga quia profectio est longa: & ei diverso magnitudine mensurat motū, vi p̄fectio est lōga: ergo est ipsi mensurata et mensuratur motū: & motus contra tempus. Imo in singulis permanentiis gno/ceimus mensurata, & per mensurata remenunt mensuras co-  
45 hoc quidem a posteriori illud vero a priori. **Quinta conclusio.** Res esse in tempore est cas mensurari tempore secundum duratio- gno sci.  
nem. **Nam tempus** est primo mensura motus & consequenter eius quod mouet: & sicut magnitudo cubitalis primo mensurat magnitudinem: & deinde id quod est magnum/ergo res esse in tempore est cas mensurari. **Dupliciter** tamen dicitur ali Bisariam ali-  
46 quid est in tempore. **Primo** quia ipsum est quid tempus est. Sed hoc existimare per simile est: atq; si quis dixerit cœlum esse in grā: quid esse in tē mīlii: quia cœlum est quando granum mīlii est: & supremum cœlum esse in loco: quia ipsum est quando locis est: & entia supra pōre mundana esse in motu: quia sunt quando motus est: quod est ridiculū. **Secondo** aliquid est in tempore vt in numero. Et id bis- riam: aut tanq; pars in toto: quemadmodum binarius in senario/sue passio in subiectū: quemadmodum par aut impar in numero. naturales sunt. Aut tanq; in mensurante: quemadmodum corpus locatum continetur a loco. Res autem naturales & sensibles non sunt in tempore/ in tempore. quia sunt quando tempus est. Alioquin est entia supramundanea in tempore: quod est absurdum est sicut dicere illa est in di- mensione. Neque res sunt in tempore tanq; partes aut passiones temporis. Sunt itaq; in tempore tanq; in continuo & mensurante: quare res esse in tempore est eas tempore mensurari. Ad aliquid autem esse in tempore est mensurari tempore/sequitur ipsum esse etiam tempus est: sicut ad aliquid contineri loco: sequitur ipsum esse quando locus est: cum si non esset locus/neque quicq; loco contineretur. Non tamen contra quicquid est quando tempus est: in tempore: quare propter id ipsum non debet quicq; dici est in tempore sicut non quicquid est quando locus est: proximus est in loco. **Sexta conclusio.** Res que sunt in tempore patiuntur interitum & continuum defluxum in tempore. Tempusq; videtur per se esse causa corruptionis. **Patet:** nam res quantumcunq; solidæ vt ferrum/lapi/les/scopuli: tempore consumuntur. Et ea quorum fixa in animo sunt scientia: successu temporis oblitione abolenunt. Horū utem corruptionis nulla alia causa q̄ tempus signari poset. Nam motus coniunctum est. Motus autem variat & alteritate rebus infert: vt altera est efflas a vere/autumnus ab efflate/hyems ab autumno/ver ab hyeme: quam diuersitatem coeli motus inducit, quod in hoc mundo sensibili exploratur. Sicut motus felicitate efficiere sicut in mundo intelligibili status facit identitatem. Quicquid autem nouum oritur: eius altera prætertempus causa assertur: vt olinca causa est semini olinca est pili causa est olinca est filii causa parentes. Sic grammarie causa sicut preceptores est animus studio inten-  
47 tis, igitur res quo sunt in tempore patiuntur detrimentum in tempore: & tempus corruptionis causa esse videtur. **Correlariū.** Vnde fit vt entia supramundana/immortalia atq; perpetua non sunt in tempore. Nam quæcumq; sunt in tempore continentur & mensurantur a tempore. At immortalia non continentur neque mensurantur a tempore: igitur non sunt in tempore. Rursum. Quæcumq; sunt in tempore patiuntur in tempore: immortalia aut non patiuntur in tempore. Neque enim tabescunt neque senescunt: igitur ipsa non sunt in tempore. **Septima conclusio.** Tempus mensura est quietis. **Patet.** Quia habitus & priuationis eudem est mensura: vi vi-  
48 sus mensura est luminis & tenebrarum. Auditus: soni & silenti. Olfactus: odoris & odore priuati. Motus autem est quies sum habens: & priuationis. Eorum igitur eadem est mensura: & qui tempus mensura est motus: est igitur mensura est quietis. Huius quidem per accidentem/illius autem per se. Tanta enim quies esse dicitur: quantus fuisse motus si toto tempore quietis mobile continue mo-  
50 tum fuisse: aut quantus est motus qui eadem quietis tempore alibi fit, vt si quicquero una hora ab ambulatione: illa quies est: una hora: quia tanta fuisse mea ambulatio si illa quietis hora ambulasse: aut quia tanta est ambulatio quam quis alibi exercet. Et quis quies sit in tempore: non tamen recte quis dixerit idcirco quietem esse in motu. Nam id dicitur esse in motu (vt note explicauerunt) cuius pars acquisita respondet parti motus acquisita: & cuius pars acquirendae re-  
spondet parti motus acquirendae: per actum enim partem acquisitam / & per potentiam partem acquirendam intelligere debe-  
mus. In quiete autem nihil acquisitum est neque acquirendum: ergo quietis nihil est quod respondet actui motus/aut  
cuius potentiae ergo per diffinitionem quies non est in motu. **Primum correlariū.** Vnde fit vt tempus id quod mouet quatenus mobile est: & quiescens quatenus quietis mensuratur. **Nam tempus** est mensura motus & quietis: quia quantus sit motus est quan-  
51 tus sit quies cognoscimus. Mobilia igitur est quiescens quatenus mouentur & quietescens quietis mensuratur tempus: sicut vlna pāram qua-  
tentis extensus est. Quod tamen omnino non mouetur neque natum est moueri: non dicitur quiescere: sicut quod non est natum habere  
visum non dicitur cœcum: sed quod non mouetur est aptum natum est moueri/quiescens dicitur, vt visu privatum est natum susci-  
pete visum/dicitur cœcum. **Secundum correlariū.** Vnde etiam fit vt sepius non mouet mobile essentia sua & secundū id quod Quia ratione est: si enim non esset in ipso motus aut quies: tempus nullo modo ipsum mouet. **Nam** mobile essentia sua quantitatem & suu tempus men-  
52 sitionem non habet: sed quanti sunt ipsius mobilis motus/mensuratur tempis. Quemadmodum vlna non mensurat panum essentia surat mobilius quia extensus est. Et oculus non meritur album aut nigrum substantiam sua: sed quatenus albedinem aut nigredinem habet: lila.  
qua sublata oculus ipsam substantiam amplius non percipit. **Tertium correlariū.** Quapropter ea que neque moueri nata sunt  
neque quietescere non sunt in tempore: vt substantiae supramundane & celestes. **Nam tempus** solū motus & quietis mensura est. Propositionē  
53 **Quartum correlariū.** Hinc etiam liquet ea que nunq; aliter se habere possunt: minime est in tempore. **Vnde** quædam nunq; nec barīū se aliter habere possunt vt immortalia est perpetua: quæ nunq; a sua veritate possunt dimoueri: quarum fixam stabilemq; veritatem inis veritates esse sicutur ipsa veritates animalium/aut principijs scientiarum/aut conclusionibus explicatae: que cum tempus transcendat: nullū cū tem-

tunc factum fuisse diluum cum fuit coniunctio planetarum ponderosorum scilicet Ioui & Saturni, quae vocant astra ponderosa qd longo tempore quasi pondere aliquo tardata suum motum perficiant. ¶ Et si queratur. Cum omnis tempus sit finitus/quia nullo nomine possumus nominare tempus: quin denotemus ipsum esse finitum / omninoq; eius nomina ut annus/dies/nensis finis etudinem eius insinuant: utrum tempus aliquando deficiat vt nihil eius posset superfit. ¶ Respondet Philosophus: si primi mobilis circularis motus est perpetuus: & tempus est perpetuum. Et si aliud / & alius numero est motus: etiam aliud atq; aliud numero est tempus. Et si idem specie est motus: idem etiam specie est tempus. Si vero aliquando deficiat motus: deficiat & tempus. Cum tamen (inquit) nunc ipsius temporis se habeat sicut linea circularis punctum: sicut quodlibet huiusmodi linea punctum est continuans scilicet unius finis & alterius principium. Sic omnis temporis nunc est continuans / & principium & finis. Id autem respectu eiusdem partis temporis esse non potest: cum nihil idem respectu eiusdem principium & finis esse possit: quemadmodum repugnat eundem esse patrem & filium respectu eiusdem/ ergo priori tempori semper succedit alterum / & tempus videtur potius esse perpetuum. Verum de hoc in octavo libro Physicorum diffusor erit sermo. ¶ Nam significat tempus imparibilis nobis adiacenti propinquus Quid iam. um: aut ante ipsum nunc: quale est praeteritum actu: aut post: quale est futurum actu. Ut quando venisti: si paulo ante veneris: recte respondes iam. Et querenti quando recedes: si paulo post recessurus es: bene etia respondeas/iam. Non autem quis recte dixerit Troiam iam dirutam: quia eius euerio longe ab instanti adiacente distat. ¶ Modo temporis praeteriti parum a presenti distans pars est. Quid modo. Ut modo abiit dicimus: cum profectio eius ipsi tempore non longe a presenti distat. Sic mox pars est futuri parum a presenti distans: 56 ut mox reditur sum. ¶ Olim tempus praeteritum importat quod longe a presenti distat. Ut olim Romani rerum potissimum. Quid olim. 57 ¶ Repente importat tempus ob sui parvitudinem pene imperceptibile. Ut tempus quo subitum fulgor apparet & rursum evanescit. Quid repente. 58 & morula qua oculus palpebris clauditur & rursum aperitur. ¶ Duo antiquorum dicta de tempore. ¶ Primum est Simonidis. Simonides poete dicens tempus esse sapientissimum: homines sapientes doctosq; reddat. ¶ Secundum est Paronis afferens tempus esse in= poeta. 59 docile & subtilissimum: q; homines effectu prius scitorum immemores/indociles & imperitos. ¶ Conclusio. Reclus Pythagoricus Paro. 60 Paro Simonide sensisse videtur. ¶ Nam tempus potius illius est causa: cuius est sola & sufficiens causa qd cuius non est causa sufficiens. Corruptionis aut rerum est oblitio: tempus sola est causa & sufficiens. Nulla enim altera adhibita causa sola temporis successione efficitur prius scitorum immemores. Nam motus a natura res ipsas dimonet. Et ea qd a motu sciuntur sunt/banc mutationem a natura sua non patimur. Tempus autem (vt prius dicitur) numerus est ipsius motus. Hinc recte ex sententia Pythagorae canit Quiquis. Sententia Pythagorae. Omnia destruit: viciatq; dentibus eum. Paulatin lenta consumitis omnia morte. 61 Oratus autem rerum sola causa tempus non est: sed simus actus/transmutatioq; aut ars/aut natura/aut auctor/aut aliud quicq; concurrit ad rei productionem: potior igit Paronis qd Simonidis sententia videtur. ¶ Decimiquartu capitis note. ¶ Regularis motus est: qui continuo equaliter aequalia acquirit spacia. ¶ Spaciu forma/quantitas/localis mutatio/atq; motiois spaciis. ¶ Subiectum: terminus motus. ¶ Sub alia intelligentia coprehendimus. ¶ Gradarius/triagulus triu inaequalium laterum. ¶ Gradarii/Scalenus. 62 Ecum quartum cap. continet quinq; conclusiones, duas rationes ad primam, & quatuor quæstiones, viam instantiæ ad ultimam & eius solutionem. ¶ Prima conclusio. Omnem motum/omnemq; mutationem fieri in tempore necesse est. ¶ Primo. Quia in omni motu & mutatione inuenimus velocius & tardius: est igitur omnis motus & mutatio in tempore. Velocius enim id dicimus quod continue mutantur secundum eandem speciem motus & motu quidem regulari/minori tempore transit in subiectum, vt datis duobus deorsum latiss regulariter eodem spacio motis: id velocius est quod in minori tempore spaciū conficit/pertransit/ & absolvit. Et ita datis duobus circulariter motis. ¶ Sectudo. In omni motu est prius & posterius, prius autem & postea ratus discuntur collatione facta ad nunc imparibilem nobis adiacens secundum eius aut distantiam aut apropinquationem. Est enim nunc/præteriti & futuri terminus: est igitur omnis motus/omnemq; mutationem in tempore. Interest tamen inter prius & posterius præteriti: & futuri prius & posterius. Nam præteriti id distinguitur prius/quod a præteriti nunc est remotius: & id præteriti posterius/qd præteriti imparibile est propinquius. Econtra vero fit in futuro, nā id prius est futuri:quod est præteriti imparibile propinquius. id 63 vero posterius: quod ab eodē est remotius. ¶ Quatuor quæstiones. ¶ Prima. Cur tempus esse in celo/in terra/in mari & quibuslibet aliis rebus ponimus? ¶ Secunda. Quo modo se tempus habeat ad animas? ¶ Tertia. Utrum tempus sine animo esse possit? ¶ Quarta. Qualis motus/tēpus numerus sit: an cuiuslibet? ¶ Secunda conclusio. Tempus in celo/terra/mari & ceteris sensibilibus ponendū est. ¶ Nā omnia hæc 64 mobilia sunt: sunt enim in loco. Attempus: motus passio aut affectio quodā (quod numerus est) existit. Sunt enim motus & tēpus similis: ita vt actus actui/ & potentia potentie respondeat: benē igitur hec omnia in 65 tempore esse dicimus. ¶ Tertia. Si non sit anima vlla: consequens est vt non sit tēpus. ¶ Nā si non sit numerans: neq; numeratū vllum erit. Atvero si non sit anima: nullum relinquunt numerans. Quid enim præter animam aut anima portionē intellectu/numerat: igitur si non sit anima: nō erit numeratum. Atqui si nō sit numeratum: nō erit tēpus. Est enim tēpus numerus qui (vt dictum est) numeratur. At forte cui reportis ratio accedit: nihil prohibet sine anima existere. Est enim motus prius & posterius (vt numerabilis sunt) 66 tempus. ¶ Quarta. Tempus non omnis motus/sed primi motus numerus est. ¶ Nā tempus omnisi motuum mensura esse videtur. Primus autem motus merito aliorum metrum & mensura ponendus est. Est igitur tempus/primi motus numerus. ¶ Quinta. Primus motus delatio est: quem circulo sphærae accom-

L  
spore habent commercium, vt diameter est incomensurabilis coste/est propositio vera quæ non potest esse falsa. Alia vero sunt quæ nunq; esse possunt: illis respondent propositiones impossibilis que falsa sunt: & que nunq; possunt esse vere. Alia vero sunt quæ aliquando quidem sunt: aliquando vero non: vt homo/equis/animus. Et ea sunt in tempore quia tempus eorum motus & transmutationes mensurabili excedens & superans. Ipsiusq; respondent propositiones contingentes que possunt esse vere & falsa. Et in ipsis corpora temporis rationem importat/ in alijs autem non. ¶ Decimtertiu capitis note.  
¶ Terminus imparibile. ¶ Dirimens/dividens. ¶ Dirutum/destructum. ¶ Ilium/Troianum propugnaculum/regia priami. ¶ Atomum/imparibile. ¶ Modo/super. ¶ Olim/pridem. ¶ Caries/putureo. ¶ Situs/vetus/has.  
Ecum tertium cap. continet duos modos nunc: quid tunc/modo/olim/repente, duo de tempore dicta: & vnam conclusionem. ¶ Nunc duobus modis dicimus. ¶ Primo. Nunc terminus est: (vt prius dictum est) praeteritum futuro continuans: & omnino temporis terminus vt huius finis/istius vero vt principium vt puncta in linea. ¶ Sed hoc interest. Nam punctus manet, nunc autem non, & vt punctus lineam Mathematicam dirimens/ vt dirimens vnu subiecto est: ratione & cognitione duo: & ut coniungens/vnu vtroq; modo: ita & nunc in tempore. ¶ Secundo nunc est tempus non longe a predicto nunc vtroq; faciens, vt quādo venit: (quia hodie venit) nunc dicimus. At vero si queritur quando dilatum est: ille est: quando factum est diluum: non nunc respondebimus quia ea ab Atomo nobis adiacente plurimum remota sunt. ¶ Tunc tempus importat ad certum imparibile in p̄terito aut futuro relatum, vt tunc Troia dilata est: cum Troes adserunt equum lignum. Tunc factum est diluum: cum fuit coniunctio ponderosorum. ¶ Et si queritas: cum omnis tempus sit finitum: an aliquando deficiat: vt ne vnu quidem postea sit futurum. ¶ Responsio in promptu est: si semper est futurus motus: & tempus, & si aliud & aliud motus: & aliud atq; aliud tempus, & si idem triout: & idem tempus. Si vero aliud quando cadet motus: & tempus casurum est. At vero ipsum nunc videtur ostendere tempus nuncq; casurum: quod se habere videtur vt punctus in circulo: vt semper sit principium & finis. Non autem principiū potest esse & finis: nisi priori tempori succedit alterum. Nam eiusdem esse principium pariter & finis: pugnantia sunt, videtur igitur potius tempus nunq; casurum: quin semper reliquum/futurum ve fit vnum. ¶ Nam tempus propinquu ante aut post: presenti Atomo (quod nobis adiacet) significat. Vt quando profectus es: (quia in p̄terito: nostro presenti propinquuo profectus es) respondes sā. Quando proficeris (quia in propinquuo futuro presenti ibis) respondes sā. Non autem sic dicimus ille sum iam dilatum: quia eius destractione longe a nostro presenti absit. ¶ Modo temporis praeteriti pars est: cum a presenti parum distet, vt quando venisti: modo dicimus: cum id praeteritum parum a nunc adiacente Atomo se motum sit. ¶ Olim tempus importat quod distet atq; a nostra memoria sit remotum. ¶ Repente (quod subito & ob parvitudinem pene insensibile est) tempus importat. ¶ Duo dicta antiquorum de tempore. ¶ Primum est Simonidis, dicebat enim Simonides tempus esse sapientissimum: quia temporis beneficio oia discutitur & trahuntur scibilia. ¶ Secundu est Paronis Pythagorici. Dicebat enim Pythagorus Paro tempus indecorus & stultissimum: qd omnia oblitione delectantur in tempore. ¶ Conclusio. Rectius Pythagorus Paro Simonide dixisse videtur. ¶ Nam tempus potius causa per se corruptionis qd rerum ortus esse videtur, mutatione enim omnis a natura remotius est: tempus autem numerus motus est. Vnde denuo enim cariem/stūm/oblitiosq; fieri: quartum causam nescimus nisi tempus afferre. Econtra autem nihil oritur: cuius nō sit alteram causam afferre: actum/actem/naturam/auctorem/aut quidvis aliud. est igitur potius (vt Paro sentiebat) tempus causa esse oblitios & scientie interitus: qd ecōtra sentientiū. Sed quid sit tempus/nunc/tunc/sā/modo/olim/repente/abunde dictum est.

Quomodo ter minus est imparibile.

Duo modi nunc.

Quid tunc.

¶ Notarum decimtertiu capitis declaratio.  
¶ Terminus est imparibile eo modo quo terminus est. Vt si est terminus longitudinis: est imparibile secundum longitudinem quemadmodum punctum/ si terminus latitudinis: est imparibile secundum latitudinem sicut linea. Et si terminus corporis/ imparibilis est secundum profunditatem/ vt superficies. ¶ Caries/est putredine/contracta/ vt cum lignum resolutum in minutulos pulverem. ¶ Situs est vetustas & consumptio presentis & senectute procedens.  
Ecum tertium caput continet primo duos modos nunc. ¶ Primo est imparibile nobis adiacens & praeteritum futuro continens. Sicut enim punctum continuans in linea mathematica & a subiecto cogitatione abstracta/ vt eam dividens est vnu numero & ratione duo: scilicet vnu finis & alterius principium. Ut autem punctum est coniungens partes lineas: est vnu vtroq; modo scilicet & re & ratione. Sic nunc in tempore praeteriti finis est: & futuri principium. Hec tamen inter punctum & ipsum nunc est differentia: qd punctus sicut & linea permanet tempore autem nunc sicut & ipsum tempus non permanet. ¶ Nunc secundo & tempus non longe ab adiacente nobis imparibili distans & altrius eius iacentis id est vel ex una parte vel ex altera/ vt viri non vnu alter sed particulariter sumatur: cuiusmodi est hora presentis. Vt si queratur quādo venit quispiam: quia hodie venit/ eum nunc venire respondere solemus. Et interroganti quando venit: quia hodie venturus sit: nunc venit/dicimus. At si queratur quando destruetur est Troia/ quando factum est diluum: non recte nunc responderetur: quia tempora quibus ea facta sunt: a nunc imparibile nobis adiacente multum distat. ¶ Tunc importat tempus ad determinatum imparibile in praeterito aut futuro ab intellectu relatum. Vt tunc euerja est Troiacum Troiani equum lignum & grecis fabricatum in urbem receperunt. Alterum autem littera exemplum non Aristotelis est: sed Astrologorum & eorum quæ hic contingunt causas ad astra referentias: qui dicunt

et rodamus. **N**am is motus maxime regularis percipitur: cuius numerus inveniam in incerto est, sed constantissime omni eo perseverans. Generatio autem, corruptio, augmentatio, diminutio, non plane regulares, neque secundum rectum latio, que non semper perseverat. Iure igitur delatio (que toti circulo, Sphaeris accommodata est) primus motus dicitur; & eius tempus esse quod omnia metiat. Et certe non longe a veritate sentiebant dicentes tempus esse celi motum: quod alios motus mensurat omnes. Ob hoc enim usu tritum est dici solere, res humanas trahi in circulo, & omnia que mouentur, generantur & corruptiuntur: quod omnia in tempore principium atque finem accipiunt, qui circulus quidam esse videtur. Est etenim circularis, orbicularisque motus numerus. In his enim que mensurantur mensura conspicitur, ut extra quam nihil cadat. **I**nstantia. Cuiuslibet motus numerum dicitur esse tempus. Quod enim generatur, generatur in tempore: quod corruptitur, in tempore corruptitur: & quod augetur, diminuitur, alteratur, & fertur. At aliis videtur esse numerus eius quod generatur, & aliis eius quod corruptitur; & ita de ceteris. Non igitur erit tempus unum & unusquispiam motus. **R**espondet ideo esse tempus omnium dictorum: ut septem hominum & septem equorum numerus idem, septem eos numerans: quamvis septem homines & septem equi diversi sint. Sicut triangulus equilaterus & gradatus diversi sint: & eundem ipsorum esse numerum, sicut equilateri & gradati eadem figura ratio est. Non enim cuiuslibet motus tempus est intrinsecus numerus: sed primi (ut dictum est) alioquin simul duo, tria, & quot. Habet simul haber possent equalia tempora. Hanc ob causam motus ceteri & tempus seorsum sunt: hi multi, tempus unum; quia numerus idem vobis existens & omnium simul existentium: immo & tempus cetera mensurat & circularis ipsum motum: & tempus finitus tempore finito invenitur, ut horam insinato (complectitur enim hora suam mensuram, sexaginta minuta) & diem horas & minutis, & mensem dies bus. Sed hactenus de tempore dictum pro pollicitatione nostra sufficiat.

#### **Quarti Physicorum finis.**

**C**oncluſio decimiquartus capiti declaratio

**Q**uid in uno omni eo quod motu acquiritur aut deperditur, quemadmodum vocabula in nos subiuncta declarant. Siquidem generationis & quoque motu corruptionis spaciū est forma substantialis, augmentationis & diminutionis spaciū: quantitas sine magnitudine. Alterationis spaciū, qualitas. Motus autem localis spaciū intrinsecus est ipsa localis mutatio. Extrinsecus vero est magnitudo super quam sit latio. Et ex ipso generali regulari motu diffinitione faciliter cuiuslibet speciei motus regularis diffinitionē deducere, patet. **Q**uid motus irregularis dicatur cognoscere. Est enim is quo mobile in aequali tempore non aequali absolvit spaciū, sed aut plus aut minus: ut rerum naturalium motus naturales est violenti. **S**ubiectum in proposito est terminus ad quem transmutationis, est id totum quod transmutatione acquiritur aut deperditur. **C**um dicit tertia conclusio. Si non sit anima non erit numerans, sub anima comprehenditur intelligentia: longe perferens quam anima rationalis, numerans.

**D**ecimiquartus capitulo conclusio. **O**mnis motus est mutatione fit in tempore. **P**rimo, **Q**uaia in omni motu est mutatione fit. **Q**uid velocius & tardius. **A**t velocitas est tarditas, motu gratia temporis contenient. Est enim velocius, quod tantum mutationem secundum eandem motus species (quiescere enim specierum motus adiunxit non coparatur pener velocitatem est tarditatem) ut generatio & alteratio, aut circularis & ambulatio & motu quidem regulari (nam motus regularis ad irregularē non relata comparatur penes velox & tardum) minori tempore transit in subiectum & terminum ad quem. Tardius autem quod maiori tempore aequalē absolvit spaciū. Ut dentur duo spacia aequalia vtruncq; quinq; studiorum, per quae mouentur deorsum duo mobilia regulariter, primum quidem in uno minuto unum translatum, secundum vero duobus minutis tantundem spaciū absoluunt: primum est velocius secundo, quia in minori tempore ut subdupo aequalē perficit spaciū. Et ita in motu circulari. **S**econdo. In omni motu est pars prior & posterior. Prior autem est posterius in motu & tempore dicuntur in comparatione ad imparabile nobis adiacēt: quod præteriti finis est & futuri principium: gitur omnis motus est in tempore, cum prius motus, priori tempore: est ipsius motus posterius: posteriori temporis respondeat. **I**nter prius tamen & posterius præteriti, est prius & posterius futuri est discrimen. **N**am prius præteriti est quod a presenti nunc est remotius: posterius vero, quod est ei propinquius. Contra prius futuri est quod presenti nunc est propinquius: posterius vero, quod est ab eo remotius. **V**t tota linea a b significet totū tempus præsens & punctū instans nobis adiacēt. Pars a c, totū præteritum, quod dividatur in signo d. Et pars c b totū futuri quod dividatur per e. Tunc pars a d est prius præteriti, & pars c d eius posterius. Sed et prius est futuri: & e b eius posterius ut ex diffinitionibus iam datis constat.

**Quatuor questiones.** **P**rima. Cur tempus est in celo, terra, & ceteris rebus sensibiliibus ponitur? **R**esponsio. Quia eorum quatuor mobilis sunt mensura est, & mensura in rebus mensuratis esse dicitur, quemadmodum vlna in panno. **S**econda. Quo modo se habet tempus ad animam? **R**esponsio. Ut numeratus ad numerans, mensuratus ad mensurans, partes visus ad oculum visidentem. **T**ertia. Vtrum tempus sine animo esse possit? **R**esponsio. Non, quemadmodum tertia ostendit conclusio. **Q**uarto. An cuiuslibet motus tempus sit numerus? **R**esponsio. Ita, huius quidem intrinsecus ut pote motus primi mobilis: ceterorum autem motuum numerus extrinsecus: ut docet in instantia. **S**ecunda conclusio. Tempus in celo, terra & mari ponendū est, ut mensurans in quibus rebus mensuratis. **N**am omnia prædicta secundū locū mobilia sunt, cū sint in loco. Tempus autem paxio quædam est & affectio ipsius bus est tempus motus: perinde atq; pars & impars affectio numeri. Motus enim est tempus mutuo sibi respondent, ut actus & pars acquisita mobilius, parti temporis acquisitæ respondent, & potentia sine pars acquirenda motus, potentia & parti acquirenda temporis. Hac igitur omnia sunt in tempore tamquam mensurata in mensura: quare & diverso tempore in ipsis ut mensura in mensuratis recte collocatur. **T**ertia conclusio. Si non sit anima, non est tempus: quemadmodum si non sit oculus visus, non est albedo visa. **P**ater, quia


63  
64  
65  
66  
67

si non sit numerans, neque numeratum vllum erit, quemadmodum si non sit visus, nullum erit visum: nec ad scintillarem referrantur. At si non sit anima, nullum erit numerans: cum nihil praeter animam & intellectum animae partem, numeret, quemadmodum si non sit oculus nullū erit visus: ergo si non sit anima, nullū erit numeratum: sicut non existente oculo, nullum erit visum. Ultra, si non sit anima, non erit numeratus: & si non sit numeratus, non erit tempus. Et enim numeratum magis commune & tempus minus commune: ut si nullū sit vñsum, neque est albedo visus: ergo de primo ad ultimum si non est anima, non est tempus. At sicut nihil prohibet eam qualitatem cui competit videlicet sine auro: ut id cuius ratio temporis conuenit ut potest motus circularis primi mobilis: bene posset sine anima existere. **Q**uarto conclusio. Non cibis liber motus est. Tempus est prius numerus est intrinsecus, sed duntaxat primi motus. **P**ater. Quia tempus omnium motuum mensura est ut numerus. At primus motus aliorum motuum recte mensura existens est, quatenus latio successionis: quemadmodum prima dimensione ceterarum dimensioni motus. **Q**uinto conclusio. Motus est prius numerus est motus circularis primi mobilis: supremus, celi. **P**ater. Nā est motus maxime est regularis, perpetuus, est continuus, aequo tempore aqua absoluens spatia, sine intermissione, in gitter perseverans. Generatio autem est & corruptio, ceteraque sensibilium motus regulares non sunt, neque semper perseverant, sed quiete interrumpuntur. Merito igitur primi mobilis circulatio, circularisque latio, primus motus dicitur. **H**inc vulgatum dictum est res humanas trahi in circulo, & certis vicibus consimilia apud homines cum tempore rdeant. Ut enim præterito tempore fuerunt patres, filii, artifices: sic & nostra tempestate. Omnia itidem in tempore principium & sine habent: qui (que circularis motus numerus est) circulus quidam esse videtur. In his enim que mensurantur ipsa mensura conspicitur: non quidem ut accidentis in subiecto, quandoquidem mensura ut plurimum mensurato extrinsecus est, sed ut in his que ab ipsa denominantur & nomen accipiunt. Nempe ut res esse in tempore est eas mensurari tempore, ita tempus esse in rebus est ipsum tempus mensurarer. **I**nstantia. Cuiuslibet motus mensuram esse tempus dicitur est, & omnis motus est mutatio scilicet in tempore. Sed alia est mensura eius quod generatur, & alia illius quod corruptitur: est ita de ceteris motibus: igitur non omnium est idem tempus, quod est prius dictorum oppositum. **Q**uae quidem dissoluntur negando quod cuiuslibet motus est tempus sit numerus in intrinsecus. Non enim numerus partium generationis, corruptionis, augmentationis, diminutionis, alterationis, aut latioris secundum locum, alterius a prima latione, neque earum partes priores & posteriores ab anima numerata sunt tempus. Sed alioquin motus ut prima latione tempus numerus est intrinsecus ceterarum vero omnium que itidem in tempore sunt, extrinsecus numerus est mensura est. Quamvis ergo alius sit intrinsecus numerus eius quod generatur, est eius quod corruptus: nam alia sunt generationis & corruptionis partes. Idem tamen est numerus eorum extrinsecus, eadēque durationis mensura est. Quare recte dictum est vñus esse omnium motuum tempus. **R**espondet itaque physiopolibus, sicut id est numerus septem, numerans septem homines & septem equos: tandem si res numeratae septem homines & septem equi sunt diversi, sic id est tempus mensurans omnes motus simili existentes ut generatione est corruptione: tandem si mutations inter se atque genere differant. Quemadmodum, ideo pleurus & gradarius inter se species differunt, eis tandem eadem figura & ratio est: dicitur enim utrumque dictorum triangulorum figuræ & sit magnitudo quæ termino vel terminis clauditur. **Q**uod si cuiuslibet motus tempus ponatur est numerus intrinsecus eum. Plura tempora duo, & tres, est quolibet simul fieri possunt motus aequalis: & eorum quilibet per hypothesis re ipsa est tempus: sequeretur quod simul esse duo simul secundum durationem essent tempora aequalitatem & tria est quolibet: quod est impossibile. Ut enim secundum ex non posse tensionem simul esse non possunt diversæ magnitudinis partes alioquin est penetratio dimensionum: sic secundum durationem simili est non possunt diversæ temporis partes, alioquin est penetratio successione: & due horæ non amplius est una durarent. **H**inc ceteri motus & tempus seorsum sunt: id est inter se re ipsa discrepant, & in diversis existunt subiectis, & extra se inveniuntur. Motus quidem multi sunt, tempus autem omnium vñus: quod omnia transmutationum genera mensurat ut mensura extrinsecus, est ipsum circularis primi celi motu, ut mensura intrinsecus. Et ipsis finitum totum tempore finito partiali mensuratur: ut horam minuta sexages sumptu, vienam binarius mensurat senarium, quia aliquoties sumptus ipsum aequalis, & ternarius nonenarius, immo quilibet quantitatis pars suū totū ita & pars temporis totū tempus mensurat, ut hora diem, & dies mensem, & mensis annū. **C**ommentarij in quartum Physicorum finis.

#### **Primi capituli quinti Physicorum note.**

**T**horax, pectus. **P**ars: pars secundum dimensionem, pars quantitatua. **T**endit motus in speciem: sicut quod partim actus, partimque potentia est in totum actum. **E**uropa, regionis nomen. **S**ubiectum affirmatione monstratum. Et est affirmatione monstratum, cum affirmationis nomine pariter compositum explicamus & terminum. **N**on subiectum simpliciter, negatione monstratum compōsito non manente. **N**on subiectum secundum quid negatione monstratum composite quidem aut completum, subiectum manente. **G**eneratio secundum quid, generatio secundum accidentis: secundum accidentis mutationem. **M**otus: de subiecto in subiectum mutatione accidens mutationis.

**V**irtus liber Physicorum continet sex capitula. **P**rimum caput continet quatuor divisiones & tres conclusiones: vnam ad tertiam divisionem: duas ad quartam: & duas rationes ad secundam conclusionem. **P**rima divisione. Eorum quae transmutantur: quædā transmutantur per accidentis, quemadmodum per accidentis dicimus Musicū ambulare: quia id (cui accedit esse Musicū) ambulet. Alia transmutantur secundum partem: ut cum homo dicatur sanari, quia eius oculus sanetur, aut eius thorax. Alia vero per se: ut quæ nec per accidentis neque secundum partem transmutantur. Et hec diversa sunt secundū diversas transmutationes: ut alterū est augmentabile, diminutibile, alterabile, sanabile, calefactibile. Et ita mouentium dicimus quoddam per accidentem, ut Medicus edificat: quoddam secundum partem, ut homo percutit quia eius manus percutiat: & quoddam



per se ut medicus sanat. Secunda diuissio. Ea quae (cum quid per se transmutatur) reperiuntur: quinque sunt: quod mouet per se, quod per se mouetur, tempus in quo mouetur, terminus unde fit motus, & id in quo continue tendit motus: vt cum lignum calefaciat, inuenimus mouens, calefaciens: quod mouetur, lignum: tempus motus: horam, minutum: terminum unde fit motus, frigidum: id quo tendit motus, calidum: & non est motus in specie caliditate: in quam tendit, sicut neq; motus localis in loco. Neque enim ea mouet neq; mouetur, sed (vt iam pridem dictum est) est in mobili vt in ligno. Et mutationes potius ab eo quo pergitur denominantur, qd ab eo unde veniant: vt generatio quae est a non esse, & tendit in esse, non men caput ab esse: & corruptio quae est ab esse & tendit in non esse, nomen caput a non esse. Et si queras, an passiones, albedo, nigredo, & similes sint motus? Forte qd non: sed albatio, denigratio, motus vt sint: necesse est. Et terminorum motus quidam consimiliter est secundum accidentem: vt cum dicitur, albescens intelligitur: quidam secundum partem: vt cum quid mutetur secundum albedinem, terminum assignemus colorem. Albedo enim, coloris pars est. Et cum quem dicas proscisciri in Europam: quia prosciscatur Athenas. Athenae enim sunt Europae pars. Et horum motuum termini per se sunt albedo. Athenae: non, intellectio, color, Europa. Et de his quae per accidentem mutantur determinatio relinquitur: quia per accidentem mutationes infinitae & indeterminatae sunt: secundum quas quodlibet in quodlibet mutari possit: & quae nullo certo precepto claudi possint. De his vero quae per se sunt, futura determinatio est: vt quae sunt finitas & determinatae. Sunt enim de contrario in contrarium aut medium: aut inter terminos contradictorios: vt facile inductione cognoscere possit. Neq; hisce quodlibet transmutatur in quodlibet, sed determinata in determinatum: vt contraria & conterranea in suu inconvenientes. Nec miseris si dixerim de contrario in contraria, cu aliquid mutetur in mediis: aut in extremis. Nam medius utrilibet extremo comparatur: vini, naturae coctrariorum obtinet: quae ad modum in fidibus medie chorde ultimis comparat, graues apparent: ecclie vero primis comparat, acutae apparent & tenuiles: ita fuscum albo comparat, nigru: nigro vero, protinus apparet albu: proinde nos medio ut contrario vtrinque. Tertia diuissio. Omne mutatione est scilicet aut de subiecto in subiectu, de subiecto in non subiectu, de non subiecto in subiectu, aut de non subiecto in non subiectum. Subiectum voco affirmatione monstratum: vt album, nigrum. Prima conclusio. Solum secundum tria date divisionis membrana: transmutationes sumuntur. Nam transmutationes sunt inter terminos contrarios aut contradictorios. Hoc autem solum erit quando transmutabuntur de subiecto in subiectum: vt de albo in nigrum. Aut de subiecto in non subiectu: vt de aqua in non aqua. Aut de non subiecto in subiectu: vt de non aqua in aquam. De non subiecto in non subiectum nihil proprius & per se mutari dicitur, quia neq; contraria neq; contradictoria sunt. Solum igitur secundum tria date divisionis membrana transmutationes sumuntur. Et mutatio illa quae est de non subiecto simpliciter in subiectum, generatio est: & quae est de subiecto in non subiectum simpliciter: corruptio. Est & generatio secundum quid & corruptio secundum quid, vt cum ex non subiecto secundum quid in subiectum, aut ex subiecto in non subiectum secundum quid transmutatio fit: vt ex non albo in album, ex albo in non album. Quarta diuissio. Quod non est, tripliciter dicitur. Primo. Falsum: & id circa compositionem & divisionem est. Secundo. Quod non est hoc aliquid, & si potentia existat. Tertio. Non ens secundum quid: vt non album non musicum: unde non ens primo & secundo hoc in loco non moueri dicuntur. Secunda conclusio. Generatio pariter & corruptio non sunt motus. Primo. Quia quod non est, non mouetur: quod aut generatur, non est. Etsi enim quod secundum quid generatur, sit: non tamen id (quod simpliciter generatur) est, igitur generatio non est motus. Et cum solum motus contrarie tur motu, aut motu quies: & corruptio contrarietur generationi: corruptio non est motus. Non sunt igitur generatio pariter & corruptio motus. Secundo. Omne quod mouetur, in loco est: quod autem generatur, in loco non est. Nam quod non est, in loco non est: quod igitur generatur, non mouetur: non est igitur generatio motus, quare neq; ei contraria corruptio, motus est. Tertia conclusio. Omnis motus est de subiecto in subiectum. Pater. Nam omnis motus mutatio est: & omnis mutatio est de subiecto in subiectum, de subiecto in non subiectum: aut de non subiecto in subiectum: igitur omnis motus est de subiecto in subiectum: de subiecto in non subiectum: aut de non subiecto in subiectum, sed nullus motus est de subiecto in non subiectum: est enim hec mutatio, corruptio. Neq; de non subiecto in subiectum: nam hec mutatio, generatio est. Igitur omnis motus est de subiecto in subiectum. Subiecta enim diximus affirmatione monstrata: contraria, media: sub quibus & priuatiua comprehendimus: vt album, nigrum, flavidum, fuscum, silens, & nucium.

Notarum primi capituli quinti Physicorum declaratio.

Pars in proposito non pro parte essentiali, sed integrali sumitur: quae est sumpta secundum dimensionem dicitur, & quantitas sua: quia cum parte materiae & forme aliquid habet dimensionis. Quando aliquid caliditatis acquisitionem est & aliquid acquisitionem quod continue acquiritur: illa calefactio tendit in totam caliditatem, quia partim actu & partim potentia est, procedens in perfectam & completam caliditatem totum actum: quare species est totus & completus actus motu acquisitus. Europa est tertia pars terrae complectens Graeciam, Italiam, & partes mundi occidentis. Subiectum hic dicitur quod est affirmatione monstratum. Affirmatione autem monstratum est quod est affirmatione designatum: quando scilicet nomine affirmationis sumpta sine negatione infinitante preposita: compositum, totam rem naturalem explicamus & terminum motus aut a quo, aut ad quem

Oridi hic est  
subiectum.

vit ex calido fit frigidum, ex igne fit aqua. Calidum enim nomen affirmations est, explicans compositum & rem naturalem cui inest caliditas: & terminum a quo motus scilicet caliditatem. Sic frigidum affirmationis est non nomen, quo compositum in se frigiditatem habens explicamus, & terminum ad quem motus scilicet frigiditatem. Duplex aut est subiectum: scilicet simpliciter & secundum. Subiectum quidam. Subiectum simpliciter est affirmatione monstratum, composito manente eadem ante transmutationem & post ex calido fit frigidum, utrumque est subiectum simpliciter: non est affirmatione monstratum, composito quidam & renaturali manente eadem sub vitro, trasmutatione termino. Subiectum aut secundum quid est affirmatione monstratum composito non manente: vt cum ex igne fit aqua, & ignis & aqua affirmatione explicatur non manente eadem compositum ignis post transmutationem amplius non est, nec aqua nisi transmutationem. Non subiectum est negatione monstratum sine designatum, quando scilicet negationis nomine compositum explicamus & terminum. Et est duplex: scilicet non subiectum simpliciter: & non subiectum secundum quid. Non subiectum sum quid ne illa pliceretur est negatione monstratum composito non manente: vt ex non igne fit ignis. Non ignis negatio nomine explicatur, non manente eadem composito ante transmutationem & postquam ex non subiectum simpliciter. Non subiectum secundum quid, est secundum negatione monstratum composito non manente: vt ex non albo fit album. Non albi negatio nomine explicatur: eadem ante trasmutationem & post manente: quare per distinctionem est non subiectum secundum quid. Generatio secundum quid, est accidentis acquisitionis mutationis: vt ex non albo fit album. Sic corruptio secundum quid, est accidentis dependentia mutationis: vt ex albo fit non album. Motus in hoc toto libro est de subiecto simpliciter in subiectum simpliciter mutationis: vt cum ex albo fit nigrum. Quoniam hie aut ex calido frigidum. Quare non adeo communiter hic vt in tertio Physicorum accepitur: sed tantummodo pro mutatione accidentis. subiectum mutationis. Et quatuor habet species: scilicet augmentationem, diminutionem, alterationem, & mutationem secundum locum. Et quatuor interdum compositum mutetur, cum secundum accidentis fit transmutationis, quemadmodum si cu ex calido fit frigidum, ignis mutetur in aquam. Illa tamen compositi mutationis non est generatione motus accidentalis: quandoquidem sine huiusmodi transmutatione aque fieri possit accidentalis motus. Et si cum eo coniuncta sit compositi mutationis: hoc accidit, Mutationis autem sine transmutatione aque committit hie sumitur: atque in tertio sumebatur.

Primi capituli quinti Physicorum prima diuissio. Eorum quae transmutantur: quae ad transmutantur per accidentem, quae ad transmutantur per se. Siquidem ea transmutantur per accidentem, quae non motu qui in eis est, sed alterius mouentur: per accidentem: vt homo dormiens ad motum natus defertur, & forma ad motum rei naturalis loco mouetur. Sicut enim natus dicitur per accidentem ambulare, quia est causa per accidentem ambulationis minime ad eum effectum ordinata, ita quicquid per accidentem transmutari dicitur: vt exemplo texius analogico, eius quod transmutatur per accidentem ad causam per accidentem intelligatur analogia. Id aut transmutatur secundum partem: cuius solu una pars mouetur, & a qua in motu denominatur: vt cum homo calefieri dicitur, secundum quia manus eius calefacit: & loco moueri, quia brachii eius solu mouetur. Ea aut transmutantur per se, quae & motu qui in ipsis partibus. est. Et secundum qualibet sui partem mouentur: vt aqua tota calefaciens, & lapis totus deorsum ruens. Et dividuntur ea que transmutantur, secundum diversas transmutationis species. Nam quoddam est augmentabile, aliud diminutibile, aliud alterabile, & aliud per se. loco mobile. Sic mouentium quoddam per accidentem mouentur: quod ipsius motus causa per accidentem est designatur, vt medicus adiungat. Accidit enim medicum moliri adiungit & extrahit. Quoddam secundum partem: vt cu una dantata pars mouet a qua totum mouere diuissio. denominatur: vt cu homo lapide projecte dicitur, quia eius manus projectat. Quoddam aut est mouens per se, quo ipsius motus causa est: vt calidum calcificat, lucidum illuminat. Secunda diuissio. Cu aliquid per se transmutatur quinq; inueniuntur: scilicet Quot in transmutatione per se mouens, per se mobile, tempus ipsius motus, terminus a quo motus, & terminus eius ad quem: quod in singulis transmutationis per se inveniuntur: num species facilis inductione cognoscere: vt cu ex igne fit aqua, per se non est: cu aqua ignis corruptens, per se mobile: matura teria: ignis dependentia formam ignis & acquirens formam aquae, tempus generationis: hora minutus, & terminus a quo generationis: forma ignis, terminus denique ad quem: forma aquae. Et cum utrumque terminorum motus positivus est: praedicta quinq; re ipsa dia similitudine inueniuntur: vbi vero alter terminorum est privatus (sicut cu ex tenebro fit lucidu aut ex lucido tenebrosum) huiusmodi privatus terminus reipublica mobili coincidit, & quatuor inueniuntur solu reipublica similitudine: quinq; tam ratione diversa. Ipsius autem motus localis duplices sunt termini scilicet extrinseci, vt locis a quo proficiuntur mobile est terminus a quo: & ad quem tendit terminus ad quem: & re & ratione diversi. Et intrinseci: vt terminus a quo, quies ab ambulatione: eadem ipsi mobili & terminus ad quem sui motus. Et non est calefactio in ipsa caliditate perfecta, completa, tanq; accidens in suo subiecto: sicut neq; motus la calidus, & in loco ad quem mobile tendit. Ipsi enim caliditas non mouet neq; mouetur, sed est calefactio in mobili, & in ligno: quemadmodum prius dictum est omnem motum esse in mobili. Et mutationes potius a termino ad quem pergitur, denominationem sumunt, quae ab eo termino vnde veniunt. Vt cum ex frigido fit calidum, illa mutationis a caliditate termino ad quem nomine accipit, & dicitur calefactio. Etcum quid moetur deorsum, a loco deorsum ad quem proficiuntur non nisi vocatur, motus deorsum. Unde albedo & nigredo interdum reipublica sunt motus: vt cum partim sunt actu & partim potentia: interdum vero non sunt, vt cu tota sunt actu. Earum tamen ratio non est ratione motus respondens. Albedo aut & nigredo & re & ratione sunt motus. Terminorum autem motus quidam est secundum accidentem: vt albedens intelligitur, intellectio terminus est per accidentem albedensionis, quandoquidem & motus dicitur non tendit in intellectione per se, sed in albedinem, quidam secundum partem: vt cum quid albedinem acquirit si terminum ad quem assiginetur color, quia in partem tendit: illius totum pro termino designando. Et si quis Athenas proficiatur, quae idecirco dicimus proficiuntur in Europam: totum pro parte designando. Quidam aut per se: vt albedens acquirit albedinem: albedo terminus est per se: & cu quis Athenas proficiuntur, Athene huiusmodi motus per se terminus est. De his autem quae per accidentem mutantur sicut in ceteris disciplinis ita in hac quoque scientia determinatio per eternitatem, quia infinitae sunt huiusmodi mutationes & indeterminatae, nullaque certis legibus constricte. Sed de his solum quae per se sunt mutationibus futurius est sermo. Sunt enim finitae & determinatae: de contrario quidam in contrariis, aut de contradictoriis tendentes. Secundum quas non quodlibet transmutatur in quodlibet: sed determinatum in determinatum. Vt inconveniens in sum conueniens, quemadmodum semper oportet in aliis

**Obiectio  
solitio.**

**Quadrime  
bris divisio  
mutationis.**

**Denon subie  
cto in no sub  
iectum non es  
se transmuta  
tionem.**

**Quid genera  
tio simpliciter**

**Quid corru  
ptio simplici  
ter.**

**Quid genera  
tio secundum**

**Quid corr  
uptio secundum**

**Tres no entis  
acceptio.**

**Quid non ens  
secundum quid**

**Quare genera  
tio & corr  
uptio non sunt  
motus.**

ūam. Et contra convenientem in inconveniens quemadmodum olla in aridum olla. **Cum autem** quicquam de extremo mutatur in medium, aut de medio in extreum, aut de medio in medium, contrarium quodammodo in suum mutatur contrarium. Nam medium vi in extremo comparatum, alterius extreminatur participare videtur. Ut in fidibus cybari, mediae chordae postremis

et acutissimis comparatae, graves videntur; eadem vero primis et gravisimis comparatae, apparent acuta. Ita in coloribus suis cum albo comparatum, nigrum. Nigro vero comparatum, apparet albus. Quare medium sub contrariis quorum naturam sequitur, comprehenditur. **Tertia divisio.** Oportet omnem mutationem esse aut de subiecto in subiectum, cum utrumq[ue] terminus

affirmatione explicatur; ut ex albo sit nigrum; aut de subiecto in non subiectum: cum terminus a quo affirmatio est terminus ad quem negatione explicatur; ut igne sit non ignis; aut de non subiecto in subiectum, cum terminus a quo negatione est terminus ad quem affirmatione explicatur; aut de non subiecto in non subiectum: cum utrumq[ue] terminus negatione explicatur, ut ex non igne sit non ignis.

**Prima conclusio.** Solum secundum tria prima date divisionis membra, transmutationes sumuntur. **C**Patet, nam

transmutationes sunt inter terminos contrarios: cum et res ipsa contrariae sunt et contrariis dicibilibus explicantur; ut ex albo sit nigrum; aut inter terminos contradictorios, cum contradictorios adiuvicem explicantur terminis; ut ex non igne sit ignis.

At solum transmutationes inter terminos contrarios aut contradictorios esse possunt, cum transmutationes sumuntur secundum tria date divisionis membra, aut de subiecto in subiectum, ut ex albo sit nigrum que adiuvicem contraria sunt, aut de subiecto in non subiectum, ut de aqua in non aquam que adiuvicem sunt contradictoria, aut de non subiecto in subiectum: ut de non aqua in aqua que etiam contradicunt. De non subiecto autem in non subiectum transmutationem explicantes termini, neque contrarii sunt, neque contradictorii; ut de non aqua in non aquam. Siquidem termini, non aqua, non aqua; neque contrarii sunt neque contradictorii, quare hoc modo nihil proprium est per se transmutari dicitur: nec ab re quidem. Nam huiusmodi mutationes indeterminatae sunt et non aliud cuius certi generis. Siquidem cum de raro aere sit minus rarus aut contra, de non aqua sit non aqua; cum de calido sit aer frigidus, itidem de non aqua sit non aqua; et cum de loco sursum quicquam deorsum mouetur, consimiliter de non aqua sit non aqua. Trium autem ceterorum membrorum mutationes sunt aliquas certi et determinatae generis. Vnde quando ex aere sit ignis (quae mutatione est per se et de contrario in contrarium) ex non aqua sit non aqua: id tamen accedit, neque per se haec transmutatio dicenda est, quia eius termini non recte explicantur. **V**t autem propria sit transmutatio, et res est ratio convenienter debent: quae quidem ratio attenditur ex convenienti explicatione transmutationis per terminos contrarios aut contradictorios. Quae autem penes primum membrum sit transmutatio, motus est, ut quarta docebit conclusio. Quae penes secundum, corruptio est aut simpliciter aut secundum quid. Et quae penes tertium: generatio est aut simpliciter, aut secundum quid. Est autem generatio simpliciter (ex propriis hinc libro terminis diffinitionem sumendo) de non subiecto simpliciter in subiectum mutatione: ut ex non igne sit ignis. **Q**uod si dixeris, ex aqua sit ignis, re ipsa quidem generatio est: non tamen ratione, quia non est illa explicatio quam tradita data diffinitio. Et corruptio simpliciter est de subiecto in non subiectum simpliciter mutatione: ut ex igne sit non ignis. At quando ex igne sit aqua, ibidem res corruptio est, non autem ratio: quia non est explicatio per subiectum et non subiectum. Generatio secundum quid est de non subiecto secundum quid in subiectum mutatione: ut ex non albo sit album. **Q**uod si quis ita exprefserit, ex nigro sit album, re ipsa generatio secundum quid est, non autem ratione: quia non est per diffinitionem praefigur terminorum explicatio. Corruptio autem secundum quid est de subiecto in non subiectum secundum quid transmutatione: ut ex albo sit non album. **Q**uod si dixeris, ex nigro sit album, res quidem corruptionis secundum quid est et accidentis deperditiva mutatione: ratio tamen ibidem non est, quia non explicatur per subiectum et non subiectum. **V**t autem hic motus aut mutatione proprie est per se dicatur, et res est ratio convenienter debent. **Quarta divisio.** Non ens tristriam dicitur primo falsum: quod pacto ponit loquacis non entium nequaquam esse scientiam. Erat circa compositionem, id est propositionem mentalem affirmatiuam est, ut homo est lapis: aut circa divisionem, id est metalem ultimata negatiuam, ut homo non est animal. **Secundo.** Non ens simpliciter, quod non est res naturalis est totum compositum. Siquidem ens simpliciter est res naturalis affirmatione explicata: ut homo, animal, quare ex opposito non ens simpliciter quod non est res naturalis et negatione explicatur: ut non homo, non lapis. Et hoc modo cum res naturalis acquiritur aut deperditur, est non ens: quia solum potentia existit: similiter materia dicitur eo pacto non ens, quia est substantia incompleta. **Non ens tertio** est non ens secundum quid: quando res entis est et substantia completa; ratio tamen est non entis: explicatione negativa alicuius accidentis, ut non album. Siquidem ens secundum quid est totum compositum, accidentis affirmatione explicatum: ut album nigrum. Quare non ens secundum quid est totum compositum negatione accidentis explicatum: ut non album, non nigrum. Vnde nonens primo, hoc in loco minime moueri dicitur, neque nonens secundo. Nam ut quicquam hic dicitur moueri, oportet ipsum esse subiectum denominationis completum, est totum actuallat, materia esti subiectum in divisione fit et incompletum: minime tamen moueri hic dicens est: et res naturalis que acquiritur aut deperditur itidem non mouetur: quia non tota est actus. Non ens autem tertio modo, bene dicitur hic moueri. **Secunda conclusio.** Generatio est corruptio non sunt motus. In promptu quidem ratio est, et quia in motu (quo modo hic sumitur) idem debet ante transmutationem et posse manere compositum: quod minime in generatione et corruptione contingit. **Primo.** quia quod non estens completem est simpliciter, non mouetur. At quod generatur simpliciter, non mouetur: quare generatio non est motus. Corruptio autem generationi contrariatur, ergo est corruptio non est motus. Si enim unum contrariorum non est motus: nec alterum, cum solum motus motu contrarietur. **Secundo.** Omne quod mouetur completere: est totum compositum in loco existens. Quod autem generatur, non est in loco. Nam quod non est, non est in loco. Quod autem generatur non est completem ens et compositum, sed partim est et partim non est, et dicitur non ens. Ergo quod generatur, non est in loco: quare quod generatur, non mouetur: et per consequens generatio non est motus ex quo consequitur est corruptio non est motus. **Terza conclusio.** Omnis motus est de subiecto in subiectum. **Patet.** Nam omnis motus est mutatio. Et omnis mutatio est de subiecto in subiectum, de subiecto in non subiectum, aut de non subiecto in subiectum: ut ostendit prima conclusio: ergo omnis motus est de subiecto in subiectum: de subiecto in non subiectum, aut de non subiecto in subiectum. Et nullus motus est de subiecto in non subiectum: nam in huiusmodi mutatio corruptio est, quae (ut precedens docuit conclusio) non est motus. Neque ullus mo-

tus est de non subiecto in subiectum. Nam talis mutatio generatio est, quae modo ostensu est non esse motus: sicut omnis motus est de subiecto in subiectum: quod est propositum. Nomine autem subiecti intelligentur aut contraria, ut album nigrum, aut media, ut suum, crocum: aut priuatae opposita, ut lucidum tenebrosum, sonorum silens.

**Secundi capituli note.**

**Substantia, completa substantia.** Secundum aliquid predicamentum intelligimus esse motum, quando quicquam a predicamentis ratione sine re ipsius in co facta desperatione decidere non potest. Et cum predicamentis ratione sine sui mutatione, re ipsius predicationis acceptio non valet assumere. Sic itaque secundum aliquid predicamentum est motus: est res et predicationis ratio convenientia. **Augmentum, augmentatio.** Decrementum, diminutio. **Sub contrarietate, mediorum disceptantiam et priuationem comprehendimus.** Simpleriter contrarium (ut simpliciter album) quod nihil sui contrarii habet amixatum.

E secundum caput continet quatuor conclusiones: duas rationes ad tertiam, unam instantiam ad quartam; tres modos immobilitatis. **Prima conclusio.** Secundum substantiam nullus est motus. **N**am motus est de subiecto in subiectum mutatione: et de contrario in contrarium. Nullum autem entium substantiae contrarii est, secundum igitur substantiam non est motus. **Secunda.** secundum relationem non est motus. **N**am ea que dicuntur ad aliquod, de suo statu decidunt, nulla in ipsis mutatione facta: ut duabus existentibus aliis quae ideo similia sunt: primo mutato in contrarium aut medium: secundum a similitudine decidit (quod quidem prius erat simile) nulla in ipso facta mutatione. At vero sed in his secundum quae est motus esse nequit: ut a suo statu sine mutatione decidunt. Secundum igitur relationem non est motus: sed si quae in ea reperiatur mutatione, haec secundum accidentis est. **Tertia.** Actionis et passionis non est motus. **P**rimo, quia motus non est motus, immo et mutationis voluntatis mutatione: ut generationis non est generatio, et ita de ceteris: igitur neque actionis et passionis est motus. Est enim mouere sub agere: atque moueri sub pati continetur. **Secundo.** duplicitate intellectus potest motum esse motus. **P**rimo, ut substanti. Secundo, ut termini, sed impossibile est motum esse motus ut substanti. **P**rimo, quia substantium res alia a motu est: ut cum homo ex albo sit niger, et ex calido frigidus: res alia, diversaque est substantia homo et motus nigrefactio et frigefactio: ut accidentia quae in subiecto haerent. **S**econdo, quia si motus substantium esset motus, substantium igitur esset & quicquid. Nam motus & quies priuationia sunt; quae semper circa idem fieri nata sunt: esset igitur motus, quies. **S**ecundum idem moueretur & quicqueret, hoc autem impossibile est: ut ponas mutationem substantium mutatione: ut generationem corruptionis: protinus cum quid sit, mox corruptitur. **T**ertio, quia cum omni motu substantia aliquid oportet: si substantium motus ponit esse motum: iterum illi motus substantium motum esse oportet. & illi alterum: quod statim evadet in infinitum: unde nihil contingit moueri: hoc autem impossibile. Sed unam materiali motuum substantiam constitutere oportet: & quae se praestat momenti eius operationis receptio: ut corpus alterabile, ut anima. **Quarto.** sed substantium motus, quod mouetur sed motus non mouetur, neque mutatione initiat: ut generatio non generatur: sed res a motibus & mutationibus alia. **Quinto.** doctrinatio substanti non est doctrinationis, neque generatio generationis: tunc & cum sint tres mutationum species, quantitatibus mutatione, alteratio & latio, quae est secundum locum mutatione: non videmus aliquam earum esse alterius substantium, neque secundum alteram mutationem nisi secundum accidentem: ut cum (qui disciplinatur) sanatur: non est igitur motus ut substantia motus esse ponendum. **S**ed quae ponendum est motum esse motus ut termini: patet primo: quia si motus esset motus ut termini, cum aliquid moueretur, nunquam quiesceret: ut si quis regrotaret, illius regrotationis esset motus terminus ut sanatio: & iterum illius alteri motus terminus. At res motus contingit interdum quiescere: igitur motus non est ponendum esse motus ut terminus. **S**econdo, quia motus est ex quodam in quoddam: ut determinatio in determinatum: & sic oporteret semper idem secundum opposita continere mutari, ut ex sanitate in egritudinem: & ex egritudinem iterum in sanitatem: & ex recordatione in oblitio: & iterum ex oblitio in recordationem: hoc autem manifestum est non oportere: sed aliquando mutatur ex oblitio in scientiam. **T**ertio, si motus est motus ut terminus, & mutationis mutatio: hoc in infinitum evadit: quare non dabitur aliquid rei prima mutatione neque ultima: immo neque aliquid erit mutabile: non est igitur ponendum motus esse motus ut termini & mutationis mutatio.

**Quarta.** secundum quantitatem, qualitatem & ubi est motus. **N**am secundum substantiam, ad aliud quid, actionem, passionem, habitu ut de relatione & ad aliquod diceretur non est motus: relinquitur igitur solus secundum praedicta tria genera quantitatem, qualitatem, & ubi esse motum. Et ratio cur secundum ipsa sit motus, est quia secundum ipsa, contraria ad motum sufficienter reperiuntur: & motus secundum quantitatem non est communis nominis positum: sed curi qui est ad quantitatem perfectam, ampliorem, augmentum nuncupamus: cum vero qui est ad imperfectam, & qui in minori teneat quantitatem, de decrementum. Et motus secundum qualitatem alludit eorum nominis alteratio. Et vocamus hoc in loco qualitatem, non quomodo differentias substantiales qualitates dicimus: sed ut sunt passiones & passibilis qualitates. Secundum locum mutationis proprio (quo ipsam vocemus) caret: sed vocemus eam latitatem, quamvis improprie. Nam ea proprie ferris dicuntur, quae mota, se ipsa sistere citra terminum non possint, qualia sunt inanima. **In statua.** quædam alteratio est de minus in magis: ut de minus ab-

bo in magis albu: hæc autem non videtur esse de cōtrario in cōtrariū. Non igit̄ restē dictū est motū esse oportere de contrario in contrarium. ¶ Respondet huiusmodi motum non esse de simpliciter cōtrario in contrarium: sed de contrario tamen non simplici in cōtrariū: nā minus (vt minus album) est contrario per mixtius: magis vero (vt magis album) quod minus nigredinis particeps fuerit. ¶ Tres modi immobilis. 12 Primo, immobile est quod nullo modo potest moueri, quemadmodum sonum inuisibilem dicitur: quod nullo modo possit videri. Secundo, immobile, difficile mobile aut quod tarde incipiat moueri, quod & dicimus graueriter, seroq; mobile. Tertio, quod non mouetur: quando, vbi, & quomodo moueri natum est. Et id quiescere dicimus: quies enim est motus (quando vbi & quo modo moueri natum est) in corpore priuatio.

¶ Notarum secundi capitū declaratio.

Quādo secundum Substantia in propoſito pro completa, compoſitaq; substantia ſumitur: vt tota re naturali, elementi, animali. ¶ Secundum alidum aliquod predicationem eſt motus: quando quicq; non potest depere de predicationi rationem denominationemq; ſine re eiusdem predicationi in eo facta depere ditione: neceſtra depere rem predicationi ſine eiusdem rationis depere ditione. Vt ſi quid prius fuerit album et postea non amplius sit album: ipsum decidit a ratione qualitatis, quandoquidē posterius rationem qualitatis non habet quam prius habuerat: Et ſimil depere rem eiusdem predicationi ſcilect albedinem, alteratione albedinis depere ditione in ipso facta. Et in ſuper quando ipsum nouam predicationem rationem ſine rei eiusdem predicationi acquisitione non potest acquirere: neq; contra acquirere rem predicationi ſine acquisitione rationis. Vt ſi quid fuit nigrum quod prius non fuerat nigrum: ilud nouam absumit predicationem rationem, nā posterius denominationem habet quā prius non habuerat: Et ſimil acquirit rem qualitatis ſcilect nigredinem. Quare cum ad aliquod predicationem vt quantitatē, qualitatē, vbi eſt motus, et res, et ratio predicationi coniuncta ſunt, et ſimil aut acquiruntur aut depere duntur. ¶ Ex oppoſito autem feundum aliquod predicatione ſed non eſt motus, quando quid potest a ratione predicationi decidere ſine rei cuiuspiā in eo facta depere ditione: vt ſi Petrus vnicus filius Ioannis moriatur, Ioannes decidit a ratione ad aliud, nam amplius non dicitur pater: nulla tamen res in Ioanne eſt depere ditione: aut quando aliquid depere rem predicationi ſine depere ditione rationis. Vt ſi aqua prius denſa et ſphericā depere dat quantitatē denſam ſeruata figura ſphericā, depere rit figura, nam dimensionem qua re ipsa eſt figura, non tamen depere rationem: nam eadem ei ſemper conuenit figura ſphericā ratio. Aut quādo aliud nouam predicationem acgrit ſine rei in ipso facta acquisitione: vt ſi Ioannī naſcatur Petrus filius, acgrit rationē ad aliud, et nouā patris denominationem: nulla tamē res prorsus in Ioanne acquirit. Aut quādo quicq; acquirit rem predicationē: et ſi aqua denſa et ſphericā mutetur in aerem rārum et ſphericorum. Ibi res figura ſcilect ipsa dimensionis (qua re ipsa figura eſt) acquirit: ratio autem figurae non immutatur, cu eſt ratio ſphericae figurae, ratio conuenientia. Itaq; cu ad predicationē nō eſt motus: aut ratio ſine re, aut res ſi ne rationē acgrit aut depere datur. ¶ Neceſtrō cōtrariū bic etiā media: vt fuſci croceū, et priuatiū: vt luminoſū tenebroſum intelliguntur. Simpliciter cōtrariū eſt quod nihil ſui cōtrariū ſecū admittere potest: vt albu decē graduum, calidū decē graduum. 3 Secundi capitū prima cōclusio. ¶ Secundum substantiam nō eſt motus. Nam motus eſt de ſubiecto in ſubiectum mutatione. ¶ quemadmodum paulo ante oſtentum eſt: vt de contrario in contrarium. Explicatur enī recte motus terminis cōtrariū: vt de albo fit nigrū aut fuſci, de ſonoro ſilens. Nihil autem ſubſtatiā incompleta eſt ſimplices vt forma ignis et forma aquae contrariantur, tote tamen ſubſtantie vt ignis et aqua minime contrarie ſunt adiunicta: 9 igitur ſecundum ſubſtantiam nō eſt motus. ¶ Secunda conclusio. Secundum relationem et ad aliquid non eſt motus. Nam quecum ad aliquid ſunt, a ſuo ſtatu priuatiū ratione decidere poſſunt: nulli in ipſis facta rei depere ditione. Vt ſunt duo parietes albi ut poſſunt eſt motus, te paries 4, et paries brūmantelium eſt parietē b eſte ſimilē parietē a. Deinde paries a ſiat niger, parietē b manente albo: tunc paries b amplius non eſt ſimilē parietē a. Et illā depere dicit ſimilitudinis denominationē: Et tamen nihil rei in pariete b depere ditione eſt. At ea ſecundum que eſt motus, a ſuo ſtatu decidere et priuatinam perdere rationē nequeunt ſine mutatione et rei in ipſis facta depere ditione. Ellā paries b nouā diſsimilitudinis rationem acquirit ſine cauſa, pia rei in eo facta acquisitione. Ea vero ſecundum que eſt motus non poſſunt nouā rationē ſine rei acceptiōne abſumere: igitur ſecundum ad aliquid non eſt motus. Quod ſi ad ſimilitudinem aut diſsimilitudinem, equalitatē aut inequalitatē dicatur fieri motus, quia ſit ad quantitatē, aut qualitatē cui b eſt conueniunt: id accedit, neq; illa ſunt termini per ſe ipsius motus. ¶ Tertia conclusio. Actionis et passionis nō eſt motus: id eſt ad actionē 10 nētanq; terminū ad quā, et ad passionē vt terminū ad quā minime eſt motus. ¶ Primo, quia nullius mutationis eſt mutatione. Generatio enim nō eſt generatio, nec corruptionis corruptione: quare nullius motus eſt motus. At actionis et passio ſunt motus. Mouere enī ſub agere, et moueri ſub pati tanq; minus comune ſub magis comuni cōtinetur. Mouere ſiquidem eſt transmutationem accidentalem efficerē. Moueri autem eſt transmutationem accidentalē recipere. Sed agere eſt qualibet transmutationē efficerē. Pati vero eſt qualibet transmutationem ſuſcipere ſine ſubſtantiale ſine accidentale. ¶ Secundo, dupliciter motus dicitur eſſe alicuius: primo tanta quā ſubiectū: vt calefactione eſt calefactibilis, et motus ſecundum locum, loco mobilis, et ſummatim omnis motus ſui mobilis: ſecondo tanquam termini ad quem: vt calefactione eſt caliditas, et albefactio eſt albedinis. At impossibile eſt motus eſte motus vt ſubiectū. ¶ Primo, quia ſubiectū re ipsa aliud eſt a motu: vt aqua eſt re ipsa diuersa a calefactione, et paries ab albefactio. Nā aqua et paries ſubiecta ſunt, et ſubſtantiae: calefactione autem et albefactio ſunt accidentia, illis ſubiectis inexistunt. Nullum autem accidentis idem eſt ſuo ſubiecto. ¶ Secundo, quia priuatiū oppoſita ſemper circa idem ſubiectū fieri natū ſunt: et cui concordit habitus eidem natū eſt conuenire priuatio, et ediverſio. At motus et quies ſunt priuatiū oppoſita ergo habent fieri circa idem ſubiectum.

Quād vno motus eſt ſubiectum motus: ſidem motus ſubiectum eſt et quietis: quare motus eſt quietis. Idem ſimil moueretur tamen non potest per motum, et quiesceret per quietem. Necesse eſt enim preſente motu quequā moueri: et preſente quiete quicquā quiescere. Vt eſt ſubiectū alterius motus. Si generalio ponatur ſubiectum corruptionis: idem ſimil cum fieret per generationem, corrumpetur per corruptionem. ¶ Tertio, quia omni motui aliquod eſt ſubiectum oportet. Si itaq; motus b ponatur ſubiectum ipsius motus a: cu b ſit motus, ei ſubiectū motus eſt oportet vt c. Et motus c eadē ratione ſubiecti aliquē motum oportet: vt motus d. Et iterū illi nouum motus pro ſubiecto

affigere oportet. Quare in ſubiectis motuum proceditur in infinitum: quia nunq; denieretur ad ultimum et postremum ſubiectum. Ad autē impoſibile, qd tuncib⁹ mo ieri cōtingeret: cum impoſibile fit infinita pertransire. Sed omni transmutationem materia ſubiectum eſt: qd ſe preſtat mouenti operationi eius receptum. Sicut enī corpus alterabile ſe preſtat ſubiectū alteratioi, et alia exhibet ſe ſubiectū ſuari operationum; ſic materia, physicarum transmutationum. ¶ Quarto, id eſt ſubiectum motus, quod mouetur: vt ſubiectum augmentationis, quod augetur, et alterationis; quod alteratur. At motus non mouetur, vt calcificatio non calcificat, neq; albefactio albeficit, quemadmodum albedo non admittitur alba, neq; caliditas calida. Sed qd mouetur eſt res oīo a motu aliis: neq; qd mouetur eſt ſubiectum ſuari materia. ¶ Quinto, Doctrinatio non eſt ſubiectum doctri nationis, neq; calefactionis ſubiectum eſt calefactione. Imo neq; unius motus eſt ſubiectum alterius aut ſpecie aut genere, vt augmentatione non eſt ſubiectum alterationis, neq; dominatio mutationis ſecundum locum. Quamvis enī interdum duo motus ſimil ſint eadē tpe et in eadē ſubiecto, vt calefactione et rarefactione, ſodisatio et frigescacio; et ſe ratiōne unius motus non eſt alterius ſubiectū, fed ambo ſunt in eadē ſubiecto: vt cu lac rarefit, non acq̄rit raritas in albedine lacis; ſed ambo accidētia ſcilect raritas eſt albedo ſunt in uno codē ſubiecto ſcilect in materia lacis. ¶ Neq; poſſibile eſt qd motus ſit terminus ad quā ipsius motus. ¶ Primo, quia cu preſente motu neceſſe fit re moueri, et terminus ad quā unius motus ponatur eſſe alter motus: cum res erit in termino ad quē mouetur, et illius motus terminus ad quā eadē ratione erit motus: quo preſente res mouetur, et ita quoq; dato motu, eius terminus ad quā erit motus: quo exiſtente in ſubiecto, ipsum mouetur: quare res nunq; quiescere. At ſupponimus res naturales motas interdum quiescere: vt lapide deorsum, et ignem ſursum: igitur. ¶ Secundo, quia oīis motus eſt ex quodā ſcilect termino a quo, in quoddā ſcilect terminum ad quā, et de cōtrario in contrarium. Si igitur unius motus, terminus ad quā eſt alter motus: ipſe eſt primo motus cōtrarius, cum neceſſe ſit motum claudi terminis cōtrariis: Et ipsius ſecundū motus terminus ad quā rursum eſt primus motus ſecundū cōtrarius: quare oportet idem ſecundū oppoſita cōtinuer transmutationi, vt de ſanitate in aegritudinē, et cōtinuec aegritudinē in ſanitate, qd vel experientia manifestū eſt non oportere. ¶ Terțio, si motus eſt terminus ipsius motus, ut ipsius motus a, terminus eſt motus b: cōdē ſratio ipsius b terminus eſt alter motus vt c, et ipsius c alter motus vt d: Et ita in infinitum procedendo quoq; motu dato dandus eſt vltior, qui prioris eſt terminus ad quā, quare non poſſet dari vltis motus. Et cum imposſibile ſit ſimil fieri motus in finitis, nihil poſſet moueri, quod eſt manifestum inconveniens. Ergo et illud ex quo ſequitur. ¶ Quartā cōclusio. Secundū quantitatē, qualitatē, et vbi eſt motus. ¶ Nā ſecundū ſubſtantiam non eſt motus, vt offendit prima concluſio, neq; ſecundū monſtravit, neq; ſecundū actionem et paſſionē: vt offendit tercū. Secundū autē quādo, itum, et habitum, aliquid a ſuo ſtatu decidit, nulla in eo ſcilect terminus depere ditione: et nouā acquirit illoſ ſum rationē ſine nouā rei illorū predicationē acgritio, vt aliud prius dicēt unius dici, et deinde duorū dieū nulla in ſe ſcilect mutationē. Similiter ſi prius ſedē ſiat illis, ibi ratio ſitus depere dicit ſilla rei eiusdem predicationē ſcilect depere ditione. Et ſi quis ſe tunica exuerit, depere ditione habitus, ſine rei tamē predicationē ambiſſione: quare eadē ratione ad illa tria predicationē ſit motus ſicut, neq; ad ad aliud: ergo ſecundū tria que ſupersunt predicationē ſcilect qualitatē, qualitatē et vbi eſt motus. Cur autē ſecundū ipsius potius qd alia predicationē ſit motus, ratio eſt qd in ipſis reperiunt cōtraria ad motū ſufficiēt: vt pote cōtraria nata vicissim in eadē ſubiecto cōplete. In ſubſtantia autē minime huiusmodi cōtraria reperiuntur. Motus autē ad quantitatē non eſt commu ne nomē et ſimplex imposſitum; ſed eum qui eſt a minore quantitatē ad maiorem vocant cōmuni nomē augmentationē. E diuerſo autē illū qd eſt a maiore ad minorē vocant diminutionē. ¶ Motus ad qualitatē, alteratio vocat, qd hic cōe nomē dicitur. Nā ans ad que potis ſiqui eo generaliter vtebant, et oīm motū ſocabat alteratio: neq; oīis motus alterum eſſe faciat qd prius erat. Aristoteles aut ſum ſit alia noī ſpecialiter vtebant pro mutatione que ſit ſecundū qualitatē: nō quidē essentialē quo modo differēt ſubſtantiales dici ſolent teratio. qualitatē, ſed accidentalē et ſum ſed ſe qualitatē potiſſimū propaſſione aut poſſibili ſitilitate, ſecundū illis enī potius qd alias qualitatē ſit alteratio. Et motus ſecundū locum vocatur latio, qd ſum ſit alio ſit admodum aptum. Nā latio proprie eſt motus loca lis corum que cum mouentur nō poſſunt ſe ipſa citra terminum ſifere: cuiusmodi ſunt corpora inanimata: vt terra, lapis. Animalia autē que cum mouentur nō poſſunt ſe ipſa citra terminum ſifere: per ſe moueri dicuntur, vt octauus liber ſolēt. ¶ Inſtitutio. Obiec̄to. dā alteratio eſt de minus in magis: vt de minus albo in magis albu. Sed illa nō eſt de cōtrario in cōtrariū, i.e. nō oportet motū eſt de cōtrario in cōtrariū. ¶ Quādē diſſolui eſt cōcedēt aliquā alteratio eſe de mino in magis: vt ſi corpus ſit albu quatuor gradibus, et ſefficiat albu decē gradibus. Et quis illa nō ſit de cōtrario ſimplificer in cōtrariū: eſt tamē de cōtrario nō ſimplificer ſed in cōtrariū. Nā quādū illius eiusdem qualitatē acgrit, tamē cōtraria ſe qualitatē expiliat: vt ſi acgrit albedo ſex gradū, tota de gradū depere dicit ſigredo. Siquidē minus albus eſt nigro cōtrario pmixtus, qd plus ſecum ſit contrariū ſimil in eadē ſubiecto permittit. Magis albus vero minus eſt permixtum contrario: quia minus ſit contrariū ſecum iu eadē ſubiecto ſimil admittit: vt albus quatuor gradibus admittit ſecū nigredinē ſex gradū. Et album octo gradibus admittit dūntaxat nigredinē duorum graduum. Præterea nō eſt propria motus explicatio cum dicimus ex minus albo ſit magis albus: nō explicat determina 12 te terminus a quo qui abieciuntur ſit nigredo, an qui ſit medius color, ſed potius eſt explicatio intēſio eiusdem qualitatē. ¶ Tres modi immobility. ¶ Immobile primo, qd nō eſt natū ſuari, vt ſonoris inuisibilis dicitur, qd nō ſit natū ſuari: et tunc particula in infinitum caput. ¶ Secundo, qd difficile et tarde mouetur: vt ſcopulus, rupeſ, tota terra immobile dicitur. ¶ Tertio, quod accidens non mouetur, natū ſuari moueri: vt lapis in ſu loco quiescens. Et tunc mobili priuatiū opponitur, ſicut et memini quies. Eſt enim quies, motus in ſubiecto natū carens: et dividitur per analogiam motus.

¶ Tertiū capitū note. ¶ Primo: proprio, inmediato. ¶ Ultima, termini, et magnitudinē limites. ¶ Terminū: punctus, linea, superficies, nūc, momentum. ¶ Habitum, adhucitum, proximum, contiguum, attiguum.

¶ Tertiū caput continet oī ſe diffinitiones: duas conclusiones: & vnum correclarū. ¶ Prima diffini 14. ¶ Tertiū. Simul ſed in locū eſſe dicuntur, que ſunt in eadē loco primo. Separata vero ſecundū locum: que ſunt cinq; ſunt in altero & altero. ¶ Secunda, tangentia ſunt quorū vltima ſunt ſimil. ¶ Tertiū: mediū ſit fir

quod natura continua mutas q̄ in extreum prius attingere natum est. Et tale medium, contraria & non contradicitorum est: quia contradicitorum non est medium. Et tribus ad minimum constat: media scilicet ipsa consistentiae natura, & duobus extremis quibus ipsum hinc inde respondet. ¶ Quarta 16  
Continua mutans est cum nihil temporis in quo sit motus: neq; rei (qua sit transitus motus) intermit-  
titur: vt cum una & praecipua chorda (quam Hypaten dicunt) sonat: possibile est vt statim nihil tempo-  
ris praetermittendo ultima respondeat: qui motus quamvis interpolis non videatur, quia tamen rei qua  
sit transitus, aliquid intermissum est: non omnino iugis est & continuus. Solet tamen dicit talis plerumq;  
(cum nihil temporis licet rei (qua sit transitus) paucissimum praetermittatur) esse continuus. ¶ Quinta. 17  
contraria secundum locum sunt contraria: quae secundum rectitudinem plurimum distant. ¶ Sexta. Cō 18  
sequentes sunt, quae cum unum sit post alterum, inter ea non intercedit eiusdem rationis medium: vt linea  
lineæ consequēt est: inter quas nulla alia interacet linea: & unitas unitati, & dominus domini: & nihil pro-  
hibet esse alterius naturæ medium: vt unitas unitati consequenter est, quamvis intersint atq; interacet  
duo. ¶ Septima. habita sunt quae (cum se consequenter habeant) se tangunt. ¶ Octava. cōtinua sunt quae 19  
cum se tangant, eorum ultima sunt unum. Ester enim nequit, vt continuas sint, quorum sunt duo distin-  
cta atq; diversa extrema: ideo quod arte fit continuum, vt glutinio, contactu, vt clavo, aut adnascentia: vt  
planta plantæ inserta, proprie continuum non est. ¶ Prima conclusio, consequēter se habere cōminus 21  
est q̄ se tangere. ¶ Nam quæcumq; se tangunt, consequenter se habent: non autē quæcumq; consequenter  
se habent, se tangunt: nā consequenter se habere in numeris reperitur, in quibus non est tactus. ¶ Secun- 22  
da, rursus eadē ratione se tangens generalius continuo est. ¶ Nā si quid continuum est, protinus vt se ta-  
gat consequens est: non tamen econtra sit, quod tangens est: protinus sit & continuum. Si enim ultima  
sint unum, vt sint simul oportet: non autē si simul sint, ea protinus sunt unum. ¶ Correlarium. unde fit vt 23  
punctum ab unitate discrepet. ¶ Nam puncto se tangere possunt: unitate autē non tangunt & inter pun-  
cta semper linea intercipitur. Inter unitates autē aliquid intercipi non necesse est, immo & neq; quidē inter  
unitatem & distatatem nequaq; quisq; intercipitur. Sed hactenus quæ sint simul, quæ tangēta, quid me-  
dium, quid continua mutans: quæ contraria, quæ consequēta, quæ habita, & q̄ cōtinua, satis dictum est.

¶ Notarum tertij capituli declaratio.

¶ Termini, ultima, extrema, imparibilita: sine magnitudinē, vt puncta linearū, linea, superficiē, & corporū, sine dura-  
tiois q̄ t̄pis vñanc: sine motu, vt momētū. ¶ Cōtigua sunt q̄ sibi inuicem proxima, separata sunt: vt dolū & vñū in eo cōtētū.  
Tertij capituli prima diffinitio. ¶ Simul secundū locum dicuntur quae sunt in eodē loco primo. Vt si eodē dolū cōcauo simul 13  
cōtineret vñū, & tantundē aqua: vñū, totum repleti dolū, scilicet vñū & aqua, essent simul scđm locū, qđ natu-  
ra esse nō pot. Alias eſet penetratio dñeſionis. Separata autē scđm locū sunt q̄ sunt in diversis locis: vt homo in cōcauo aeris, & pi-  
scis in cōcauo aqua. ¶ Scđa diffinitio. Se tangēta sunt quæ ultima sunt simul. Ultima sunt simul inter q̄ nullū intercipit mediū: 14  
vt dolū cōtētū se tangunt, q̄a eorū ultima sc̄z cōcauo dolū & cōnexi vñū sunt. Sigdē inter ipsa nibil est  
mediū. Ipsa autē ultima nō se tangere dicunt, sed sunt instrumenta quibus corpora se tangunt. Et aliquorū se tangēta ultima sunt  
simul, sed nō sunt vñū: vt corporis locatis & locati: aliquorum vero ultima simul sunt & vñū sunt: vt linearū a b, & b c se tangen-  
tia ultima cōtinuitatē simul sunt & vñū. ¶ Tertia diffinitio. Mediū ipsius motus est in qđ natura cōtinue mutans prius attingere 15  
naturā est q̄ in extreum. Vt si plāta pedalis fiat sex pedū, prius acq̄rit quātitatē quatuor pedū q̄ sex: ergo quatuor pedū quātitas est  
mediū. Sic prius aqua naturā est attingere caliditatē quatuor gradū q̄ decē: & prōinde quatuor gradū caliditas est mediū. Et qđ  
loco mouet, prius p̄ primā & medī spatiū partē deserit q̄ extrema cōtigerit q̄re illa sup̄ primā & medī partē delatio, hic mediū  
est. Et huiusmodi mediū est inter terminos contradictionis q̄ quorum negationē exprimit: vt albefactio inter m̄grū & albū: q̄ cū sit,  
corpus nec albū est nec m̄grū. Et nō est inter terminos contradictionis: vt inter albū & nō albū: cū inter contradictionis nō sit dare me-  
diū. Et tale mediū trib⁹ cōst̄at sc̄z duob⁹ extremitis, termino a quo, & termino ad quem, & medio ipso motu inter illos intercepto.

Se tangentia  
divisio.

a b c

Quid cōtinue  
mutans.

Que secundū  
rectitudinem  
simpliciter secundū locum contrary sunt qui scđm rectitudinem plurimum distant. Dicuntur autē latiōes plurimum secundum re-  
plurimum. Rectitudinem distare, que sunt secundum loca maxime rectitudine distantia, vt a sursum simpliciter ad deorsum simpliciter aut  
distant. Edueris cōtinuusmodi sunt maxima latiō sursum & maxima latiō deorsum. Contrariis autem non simpliciter sunt qui non maxime  
secundum rectitudinem distant, vt latiō a deorsum secundum quid ad sursum aut simpliciter, aut secundum quid. ¶ Sexta dif- 18  
finitio. Consequenter se habentia sunt quae cum unum sit post alterum: inter ea nō interacet eiusdem rationis mediū: vt linea a b, &  
bc consequentes sunt: & linea b c & c d: linea autē a b & c d nō sunt cōsequētes. Sic unitates a & b sunt, cōsequētes. Et una do-  
mus proxime domini cōsequētes est, quis aliquod interfit spatiū, modo nō interfit domus. Nihil enim prohibet inter consequētia esse  
a b c d alterius naturæ mediū: vt unitates a & d cōsequētes se habent quamvis interacet binarius b c. ¶ Septima diffinitio. Habita sine 19  
contigua sunt quae cū se consequēt habent, se tangunt: vt corpus locans & locatum se consequēt habent. Nam: cum unum  
sit post alterū, inter ea nō interacet eiusdem rationis mediū: & cū eorū ultima sunt vñū, se tangunt: quare p̄ diffinitiōnē sunt habita.

a b c

¶ Octava. Cōtinua sunt q̄ cū se tangēt, corū ultima sunt vñū. Vt linea a b, & b c se tangēt: cū eorū ultima scilicet b finis vñū &

idem alterius principiū sunt simili & non modo sunt simili, sed & vñū re ipsa: proinde per diffinitiōnē sunt continua. Eu vero q̄ Que sunt non  
diversa habet ultima quē ad modū corp⁹ locans & corpus locati: nullo modo continua esse possunt. Quare arte cōinecta vt duo li-  
gna glutinio coherentia, aut cōtactu vt cōinecta clano: aut coalita per adnascentia & vñū intra alterū cōcretionē, vt prius insér-  
ta pomo, pprie cōtinua nō sunt. ¶ Prima cōclusio. Cōsequēt se habere cōtūs est, q̄ se tangēt. ¶ Nā oia corpore se tangēt, cōsequē-  
tia sunt. Quorū enī ultima sunt simili, inter ea non interacet eiusdem rationis mediū. Sed nā oia cōsequētia sunt se tangētia. Nō enī  
si inter aliqua nō interacet eiusdem rationis mediū: protinus oportet corū ultima & cōtūs: vt dñe dom⁹ inter quas interficiat ali-  
quātū spatiū. Et duo numeri binarii & ternarii sunt cōsequētes, q̄ tamē nō cōtūs: cū eorū nō sunt ultima. ¶ Scđa. cōclusio.  
Se tangēt cōminus est cōtinuo. ¶ Nā quicquid est alterī cōtinuo, & ipsum tangēt: si aliquorū ultima sunt vñū, protinus vt si  
mul sint oportet. At nō quicquid est alterū tangēt, & eidē cōtinuo, cū multorū sunt simili quorum ultima nō sunt vñū. Ex  
quo cōsequitur: q̄ cōsequēt se habēt cōtinuo. Nā cōsequēt se habēt cōtinuo. Nā quicquid cōminus  
est cōminore etiā cōtinuo est & minus cōtinuo. Se tangēt autē & habēt cōtinuo. Nā cōsequēt se habēt cōtinuo. Nā quicquid cōminus  
est cōminore etiā cōtinuo est & minus cōtinuo. Quid discri-  
bitur. ¶ Correlarium. Quid fit vi punctum ab unitate differat. ¶ Nam linea, puncto se tangēt. Unitate autē numeri, se tangēt. Quid discri-  
bitur. Rursum inter duo puncta vñū, eiusdem, linea, semper linea intercipitur. Inter duas autē eiusdem numeri unitates, ut  
primam binarij, & secundā eiusdem, nō esse necesse quicquid intercipi, sicut neq; inter unitatem & dualitatem quicquid interponiatur. minis ell in-  
ter punctū & vñitatem. ¶ Quartii capituli nota.

Species individua, specialissima. ¶ Species diuidua, subalterna. ¶ Habitus, forma. ¶ Continuum, intensiōnem, dimensionem,  
& successionem complectitur.

¶ 24.  Vñitū caput continent tres motus vñius acceptiones; quatūor conclusiones: & tria  
correlaria. ¶ Tres motus vñius acceptiones. ¶ Vñum motum multipliciter dici-  
mus sicut & vñum. Primo vñus motus genere dicuntur, qui secundum idē prædi-  
camentum sumuntur: vt omnia augmenta & decrementa, vñus motus genere dicū-  
tur: quia secundum quantitatē prædicamentum sumuntur, & omnes ad istūscem al-  
terationes, vñus motus genere: quia sunt secundum qualitatem sumptas: & oēs ad in-  
uscem loci mutationes: quia sumuntur secundum vñi. Sed augmentum & alteratio  
diuersi genere sunt motus: similiter alteratio & loci mutatio. Scđo vñus motus spe-  
cie, & sunt motus qui eiusdem speciei diuersi sunt vt albefactio & albefactio, nigrefactio & nigrefactio:  
Omnis enim albefactio omni albefactio specie eadē est: & ois nigrefactio oī nigrefactio. Sed albefa-  
ctio & nigrefactio motus sunt specie diuersi. At vero quia specierū quēdā sunt diuersa, quē in alias spe-  
cies diuisiōnē nō recipit: & alterā diuisiōna, q̄ in alias species diuisiōnē admittit. Ideo motus sed in illas fū-  
sti eandē naturā seruat & retinet, vt quia secundū specie diuisiōna sumuntur: idē specie nō simpliciter, sed di-  
uisiōna dicunt. ¶ Sed q̄ret alquis an semp̄ motus eiusdem mobilius & qui sunt ab eadē termino in eundē ter-  
minū, idē sunt specie: ¶ Nō oportet. Nā cōtingeret motu cōircularē & rectū, volutatiōnē & ambulatiōnē  
motus esse specie eosdē. Nā cōtingit idē de eodē termino in eundē terminū nunc ḡro, nunc recto tra-  
nsire transfiri: & eundē ab aliquo & eodē termino alterē eundē terminū nunc volutatiōnē, nunc ambula-  
tiōnē cōsequi. Tertio dicit vñus motus numero, q̄ & dicit simpliciter vñus: ad cuius quidē unitatē, numerū  
tria requirunt: mobile numero vñum: vt vñus homo, vna planta, hoc autē: vna numero forma scđm  
quiā est motus, vt linea vna, color vñus, loci mutatio vna, & vñū nūero tēpus: qđ qđ est, cum motus tēpus:  
iuge, cōtinuumq; est: sicut nulla ipsius motus intercipiat quies. Qđ si hoc trū aliquod defecerit, motus  
nō simpliciter suā seruat unitatē. Vt si Choris̄ & Callis̄ simul ophthalma (q̄ oculo & infirmitas est)  
fanent: fanatio Choris̄ & Callis̄ nō est vna simpliciter: qa subiectum, vñum numero nō est. Et si Cho-  
ris̄ simul ambulet & albefiat, tātēsi mobile numero sit vñum, & tēpus numero vñum: nō tātē ambula-  
tiōnē & albefactio vñus numero sunt motus, nisi scđm accidēt. Nā albefactio & ambulatiōnē nō est for-  
ma numero vña. Et si Socrates in hoc tēpe sanet, post qđ definat aliquid tēpe sanari: & iterē alio tēpe sanet:  
Socratis sanatiōes nō vñus sunt motus. Nā tēpus, vñū numero (vt qđ intermedia q̄te interlaxatū sit) nō  
est. Vnde dicere primā & scđm eandē numero esse Socratis sanatiōē: nihil aliud est qđ dicere corruptū  
idē numero possit reuerti: qđ si impossibile est, vt eadē quoq; Socratis primā & secundā vñā numero esse  
sanatiōē impossibile est. ¶ Dubitat quomō subiectum motus oporteat esse numero vñum: cum natura  
la corpora fluxa sint & la bēta oia. Et quomodo vna numero sanitas dilucido & vespri: cum neq; eius  
subiectum quidē vñum maneat. ¶ Sed satis hic dicitum est, si actus & motus vñus, & habitus erit vñus: nō  
autē econtra esse oporteat habitu existēre vno, & motu esse vñum. Potest enim habitus esse acquisitus,  
mobiliū interām interpaſante & quiescēte. Et nihil ratiō dissidentiū est habitus eosdē mane & vespri  
esse: actus autē & operatiōes nō esse easdē, nisi q̄ sunt & cōtinue defluat. Amplius dicere quomodo corpo-  
rum subiectarū exēdē sint, & nihilominus cōtinue, occidū, & deslu, a nostro pposito est alientum. ¶ Pris-  
ma cōclusio. ois motus vñus, cōtinuo est, & omnis qui cōtinuo est, idē vñus est. ¶ Nā ois motus, conti-  
nuus est, vt qui secabilis & diuisibilis sit. At fieri nequit, vt quislibet motus cuiilibet motu sit cōtinuum.  
Sic neq; vt quodlibet corpus cuiilibet corpori vñiat, sed ea quoq; extrema sunt vñū. Et hāc eadē sunt na-  
tura. Regē enī quēdā extremitis carēt, vt unitates, quae idē unitē & cōtinuatē esse nō possunt. Alīe vero ex-  
trema possident, sed quae diuersa sunt & aequocā appellatiōē extrema dicāt: vt linea extrema habet & am-

bulatio habet extrema, sed appellatio equiuoca; ideo linea & ambulatio vnius, cōtinuariq; nō possūt; vt quo & extrema vnu esse nō possint. Relinq; igit; oēm motū vnu esse cōtinuū, & oēs cōtinuū esse vnu. Nā si subiecta diuersa esset, necq; motū esset cōtinuus. Diversorū enī & discretoꝝ mobilium motū cōtinuarūm possibile est; & si forma vnu nō esset, necq; extrema vnu essent; vt quae diuersa natura, & equiuoca appellatione dicerentur extrema. Qz si etiā nō adesset tēporis vnuitas, necq; iterū cōtinuus esset. Fieri enī nequit vt motus (intercepta quifete) adiuvicē cōtinuerit, immo diuersi sunt motus & nō vnu. ¶ Secunda. cum motū 26 neq; specie neq; genere cōueniunt: solum aut cōsequētes aut habiti esse possunt. ¶ Nā cūnū fidē specie nō sint, eiudē naturæ nō erunt: quare cōtinuū nō erunt. Eoꝝ enī extrema, vnu facere nō poterunt. Sed nihil prohibet eos esse cōsequētes & attiguos: vt si quis ambulando febrile incipiat: febrile ambulationi consequens & attigua est. ¶ Tertia. verius motus vnu appelletur siue generis, specie aut simpliciter, cum 27 cōsummatuſ, perfectus fuerit. ¶ Nā perfectus motus est qui ad finē & absolutionē siuā peruenit. Imperfectus vero, q; nō puenit. At vero vnu de totis & perfectis iustius affertur. Igitur & motus (cum cōsummatuſ, cōpletuſ puerit) verius vnu dicet. Erit tñ motū vnu (qui imperfectus sit) modo sit cōtinuus. ¶ Quarū 28 rectius & motus vnu dicet qui regularis habetur, eo qui habeat irregularis. Nā illa irregularitas vt difformitas quādā ipsum quodammodo difundere videtur, & differre videtur vt magis & minus. Et certe in omni motu, augmentatione, diminutiōe, alteratioꝝ tā circulo q; secundum rectum cōtingit regularitas & irregularitas: quādā regularitas est in eis tēporib; cōtinue eadē mouēdē velocitas. Irregularitas vero, cum eadē nō sit velocitas. Et hæc irregularitas aliquādo ex magnitudinē regularitate nascit. Fieri enī nequit vt in magnitudine obliqua & difformi; seruetur motus equalitas. Aliquando vero nō ex magnitudine neq; ex tēpore, sed ex sola sp̄s motus inēquali velocitate. ¶ Primum correlatum. Vnde intelligere promptum est velocitatē & tarditatē nō esse motus species; aut differentias. ¶ Nā omnibus motibus etiā si qui eiudē sunt speciei conueniunt. ¶ Secundum. quapropter neq; grauitate 30 maiore & minore eorum quae in eundē locum feruntur, neq; levitatis speciei discrimen & differentia concludimus. ¶ Nā terræ ad terrā maior & minor gravitas, & ignis ad ignem maior & minor levitas, quae specie non discordant. ¶ Tertiū. Vnde sterum lucidius euadit motus species diuersos, continuos esse 31 non posse, etiā habiti atq; attiguos esse concessi sunt. ¶ Nam omnis motus continuus, regularis esse potest: motus autem species discrpantes, regulares adiuncti esse non possunt; quomodo enim vnuis velocitas al terius velocitati respondeat: vt alteratioꝝ & ambulationis! Non sunt igitur vnu motus continuus.

¶ Notarum quarti capituli declaratio.

Quae sunt continua.

Species specialissima dicitur species individua, quia nō dividitur in alias species. Subalterna vero dicitur diuidua, quia in alias species quarum est genus diuidit. Habitū, forma cōpleta p̄ motū acquisita; vt tota caliditas, p̄fecta albedo. ¶ Cōtinuum cōp̄redit sub se dimensionē, q; cum acquiritur, eius vltima dicunt̄ momenta qualitatē; cum vero acquisita est, vltima eius dicunt̄ aut puncta, aut line. e, aut superficies. Sed cōp̄lechū intensionē. Nā cum qualitas acq̄rit, alteratioꝝ vltima dicitur momenta qualitatē: cum autē acquisita permaneat: eadē re ipsa vltima dicitur note vel signa qualitatē. Tertio cōtinuum cōp̄lechit successionem, vt lationē cuius vltima sunt momenta lationē: aut tēpus cuius vltima sunt nunc impartiibilia. Sicut autē successio cum facta est nō gmanet; ita neq; eius vltima permanent. Et si qua alia ab his tribus cōtinua dicunt̄, id ratione alicuius islorum accidit; vt sublata gratia dimētis cōtinua dicit, si cōtinuum sit denominatum ad substantiam. ¶ Cum dicit litera, q; ad unitatē motus numero, requiritur vnu numero forma secundum quā est motus; vt linea vna; id exemplum analogicum est. ¶ nō proprium, quia secundum lineā nihil continet mouērī, sed positum est ad significandum motum secundum quantitatē, sicut color vnu ponitur pro motu secundum qualitatē, & loci mutatio vnu pro motu secundum locum. Proprium autem exemplum est pro quantitate: vt diūnē vna.

Qui motus diūnē vnu

genere.

Qui vnu

species.

Questio.

Responsio.

Q Varum caput primo tres motus vnuis acceptiones continent. ¶ Primo motus dicuntur vnuis generis qui sunt secundum 24 cūnū vnu. Idē pr̄dicamentū scilicet quantitatē qualitatē aut lationē, vt augmentationē & diminutioꝝ scdm quantitatē sumū tur, albefactioꝝ & calefactioꝝ sedm qualitatē, motus rectus & circularis sedm vbi. Motus autē genere diuersi sunt, q; scdm diuersa sumunt̄ p̄dicta mēta; vt augmentationē & calefactioꝝ, diminutioꝝ & ambulatioꝝ. ¶ Sedo. motus dicuntur vnuis specie qui sumunt̄ scdm cādē specie p̄cialiſimā; vt albefactioꝝ & albefactioꝝ calefactioꝝ sedm caliditatē. At si out duplex est species, ita bifariā motus dicunt̄ vnu specie scz specie vnu specie vnu cādē specie p̄cialiſimā; vt supradicti. Et motus vnu specie diuiduaq; sumunt̄ scdm cādē specie subalterna; vt albefactioꝝ & nigrefactioꝝ sedm colorē, calefactioꝝ & frigefactioꝝ secundum qualitatē tangibile. ¶ At si quis querat, an oēs motus eiusdem mobilis qui sunt ab eodē termino a quo, in eundē terminum ad quem sunt iudicē specie p̄cialiſimā. ¶ Respondetur q; non: quia idē mobile potest ab eodē termino in eundē circulariter mouērī, & secundum rectum; vt p̄ spatium circumferētē medie & p̄ diametrū ab vnu diametri extremitate ad alterā. & tamē motus circularis & rectus minime sunt iudicē specie. Sicut potest idē mobile ab eodē loco per idē spatium ad eundē locum mouērī primo ambulatione, & deinde volutatione: & tamen ambulatio & volutatio sunt motus specie diuersi. Vbi tamē termini ad quos intrinſeci, cōpleteꝝ, lationes sunt eadē specie, motus ab eisdē terminis ad eisdē terminos facili, sunt iudicē specie. Quis motus est? ¶ Tertiū, dicitur motus vnu numero, cuius mobile vnu numero, & forma numero vnu, & tempus vnu numero fuerit: nūero vnu. vt si aqua in decem minutis acquirat caliditatem decem graduum, mobile completum est idem numero scilicet aqua calefēns, & Quot ad mos mobile incompletum etiā est idem, illius scilicet aquæ materia. Forma itidem vnu est numero scilicet tota caliditas: & tēpus vnu: tū vnu numero quia nulla in tēpore intermedia quies facta est. Quod si triū predicatorum aliquod defuerit, motus non erit vnu numero. Ut si mo ro requirunt̄, bile non fuerit numero vnu, quia cādū modum si eodē tempore Chorisca & Callias ab infirmitate oculi sanentur; sanatio Chorisca

**C**Quatuor antiquorum de hac re opiniones. **C**Prima est ponentium infinitos mundos, quorum quidam continuo occidunt, alii vero continue oriantur, qui (qua credunt) huiusmodi rerum ortus & obitus sine generatione & corruptione fieri non posse, quare neq; sine motu) motum assuerant esse perpetuum. **C**Secunda est ponentium unum esse mundum, sed eum perpetuum esse ait. **C**Tertia est Anaxagore mundum esse genitum ponentis & motum incepisse, at neq; motu neq; mundum postea interitus esse. Aiebat enim omnia infinito quo in Chao & confusione delituisse & quiescisse, que diuina mens aliquando incepit segregare, & tunc quoq; mundum & motum incepisse. **C**Quarta est Empedoclis qui mundum interpollatis vicibus ponit generari & corrupti generari quidem, cum lis segreget & dividat: corrupti cum amicitia congreget atq; vniat. Ponit enim litem segregando vnum multa facere, & amicitiam congregando multa facere vnum. Et interuersus in multis (cum neq; lis separat neq; amicitia congreget) omnia quiescere. Et hec sunt opiniones naturaliter loquacium & qui motum esse confessi sunt. Quia vero motum non admiserunt, de hac quiescere (quod nobis vtile sit) nihil meminerunt. Et certe huius questionis inquisitio non modo utilis est ad naturam explorationem, sed & ad eam philosophicam partem quae primum rerum exordium contemplatur, atq; primum totius naturae principi. **C**Primo, motus est actus mobilis et mobile est, quia in modum prius ostendit est, si quidam igitur factus est motus, & res mobiles (quæcumque fuerint illæ) praecessisse necesse est, quod vel sine motu diffinisti cedas, vt si quæ futura sit alteratio, & alterabile placere necesse est. Et si loci mutatio, loco mutabile. Et si combustio, & combustuum & combustibile. Aut ergo res ipsæ mobiles perpetue fuerunt anteriacentes, aut aliquando genite. si genite, ergo motus eas praecessit per quæ in lucem sunt edite. Motus igitur quem assignabas non erat primus. Quod si dixeris res eas eternas atq; perpetuas anteferre, & hoc certe in modum videtur, & (vt a scientibus discatur) indignum. Non igitur motus videtur factus, ut nullus ante ipsum antecesserit motus. **C**Secundo,



a	m	o
4	6	8
z	3	4
b	n	q
R	9	

qua si motuum & mobile eterna fuerint, cum hoc moueri posset, illud vero semper mouere, scilicet eternis id mobile queunt, & motuum ipsum non mouit, factum aliquando primum mouens. Erat igitur causa quietis aliqua, est enim quies: motus proutatio. At vero esse nequit causa quietis villa sine motu primo. Non igitur dabitis primum motum, quinimum omnem motum precedet motus prior. Quod si dixeris vitæ tutem illam motuum ad opposita posse, vt scientia contraria motum est, & non vitæ ignis: qui tantum calefacit & non frigescit, id dictum parum pondus habere videtur. Nam videmus quæcumque possibilia sunt mouere & moteri, se consimiliter habentia, & proxima, semper mouere & moueri. Essent enim talia, quæ potius alterum semper moueret, & alterum moueretur. Et si ante non moueret vnuum, neq; alterum moueretur, non semper in eadem dispositione fuerunt, & nunc, cum mouet alterum, & alterum mouetur, de mutatum igitur videtur vnuum aut alterum, & prior incepisset motus eo quæ tu pontis primum, vt si hoc nunc est duplum cum ante non esset duplum, aut ipsum aut ad quod dicitur duplum, mutatum esse videatur. **C**Tertio, consensus philosophorum (uno/Platone scilicet excepto, qui in Tempore cum cœlo genitum afferit) est tempus esse perpetuum. Denocritus enim volens ostendere omnia facta esse, impossibile esse, ita argumentatur. Tempus perpetuum est, igitur vt omnia facta sint/impossibile est. At si temporis est perpetuum, & motum esse perpetuum oportet. Est enim tempus (vt ex precedentibus cognitum est) numerus motus secundum prius & posterius. Et motus passio quedam & affectio esse videtur. Non est igitur modo qui dictus est factus. **C**Quarto, si dixeris cum Platonicus tempus factum & incepisse, cum tempus sine nunc incepisse intelligi non possit, nunc autem omne/medium sit, vt vnuus finis & alterius principium, vt tempus/nunc illud (quodcumque dederis) precessisse cōfiteris oportet. Et ita semper procedas: vt tempus feso offerat perenne atq; permanenti. Quod si tempus perenne est, & motus permanentis erit atq; permanenti. Est enim tempus (vt superioris dictum est) numerus & passio quedam motus. **C**Secunda, motus vt neq; factus incepit, ita quoq; interitus est vnuus, vt ne vnuus sequatur. **C**Nam quæadmodum qui motus ortum confitentur/coguntur concedere motum/motu primo priorem, ita & qui desitum putant, cōcedere oportebit motum citimo atq; postremo motu posteriori, quia aut eo corrupto res ipsæ simili corrumputur, aut manent superstites. si corrumputur, cum nihil in nihilum corrumpatur, abibunt in alterum. Hoc autem esse nequit nisi comitatem motu. Erit igitur si motus citimo & postremo motu (qui positus est) posterior. Si manent superstites, isdem quæ de motus inceptione posita sunt, vngendum est argumentis.

**C**Notarum primi capituli declaratio. **C**Cum diffinitur perpetuum esse, quod principio, fineq; caret, principium & finis sumuntur pro principio & fine durationis. **C**Cum in prima ratione primæ conclusionis dicit litera, quod uel sine motus diffinitione cōcedas, ibi uel capitulū pro etiam.

**C**Rimi capiti octauii Physicorum questo. **C**Vtrum motus incepit et sua durationis exordium habuerit, an definet et fine habiturus sit, an neq; incepit neq; definet, sed semper futurum sit ut perpetuum. **C**Irrequietum, & rerum naturalium uita. Quia enim celum est primum universi corpus: videtur motus eius esse prima causa diuinorum uiuentium & rerum sensibilium quod primus sit & prima operatio, & ideo aliorum uitas et operationes mensurare. **C**Quatuor hanc de re opinio. Quatuor artes. **C**Prima est ponentium mundos secundum numerum successus esse infinitos, et alternatis uicibus aliquos corrupti & alios quoru de nū oriri. Et quia mundos ponebant generatione physica oriri & corruptione occidere, idcirco motum posterunt perpetuum. **C**Secunda diuinitatis. **C**est ponentium unum esse mundum, et cum perpetuum. Et hec est Ariotelis. **C**Tertia est Heraclitus ponentis mundum esse generatione & motu incepisse cum diuina mens incepit res a chao segregare, sed nunq; mundum aut motum desitum esse, qd ipsa mens segregans nunq; ab huiusmodi segregatione desistet. **C**Quarta est Empedoclis ponentis mundum aliquando quidem generari in uite leggregante, et interduum corrupti ut amicitia congregante, et interduum a generatione et corruptione quicunque/faciile tempore intermedio inter litis segregationem et amicitia congregationem. Et huiusmodi alternationem generationis/corruptionis et quietis sepius iterari. Et hec sententiae sunt philosophorum naturaliter loquentium & qui motum esse concesserunt, nā qui motum negaverunt, nihil praesenti condicione dicere uisi sunt. Cuius investigatio non solum ad rerum naturalium cognitionem conductit, uerum etiam ad metaphysicam supremam, philosophiam. **C**Prima conclusio. Motus suo successione non habet principium neq; incepit, sed quicunque qd motum datum aliud praecessit motus. Siquidem qd motus non incepit eo modo quo posuerit telligit philosophus, non antiqui neq; mundus per generationem physicam, recte assertus philosophus, et id sua molitur rationes offendere. Nō enim sophus motu per generationem, sed per creationem philosophus incepit mundus. Quod autem assertus ante quicunque qd motum, aliud praemotum non recte sensit, quia primus motus cum primo mobili habuit initium. **C**Primo. Quia (ut tertius physicorum docuit) motus incepisse est actus mobilis, id est forma existens in mobili ut subiecto/in quatuor mobile est, id est pro quanto subiecto est in potentia ad sibi pendulum id motus quod nondum est acquisitum sed restat acquirendum. Ergo si factus motus, necesse est mobile praecessisse, ut sit generatio, necesse est materialm præesse in qua forma suscipiatur. Si corruptio, praedicit corruptibile, si calefactio, calefactibile, et si motus sursum, praexistit mobile sursum. Ipsa igitur res mobiles que motum praecesserint primum, aut sunt aliquando genite, aut perpetuae, si genite, ergo eas praecessit generatio per quam exortae sunt. Et generatio est motus, igitur primo motu est motus prior, quod est impossibile, aut datum motus non erat primus, quod est hypothesis oppositum. Si vero ponantur res mobiles perpetuae et tamen non semper fuisse motu, hoc absurdum est, nam time fuisse octo et fine propria operatione, igitur et id ex quo sequitur. **C**Secundo, si motuum est mobile fuerunt perpetua, et mobile infinitus et cœlis primum motum precedentibus non moueretur quibus tamnam natum erat moueri, ergo per diffinitionem, ipsum mobile quietum. Et ipsum motum prius non mouens, possea sit mouens. Illius igitur quietis aliqua erat causa, quæ non potuit esse sine motu primo. Nā motus est ut affirmatio et esse. Quies autem

Cavillationis  
exclusio.

ut prudatio est non esse. Sicut ergo esse praecedit non esse, ita in mobilibus motus praecedit quiete, igitur primo motu est aliquis motus prior quod est impossibile. ¶ Quid si quis dicat illam uitatem motu libere mouere est posse ad opposita scilicet posse mouere, et posse non mouere, sicut homo potest ambulare et potest non ambulare. Et non sicut ignis qui potest quidem calefacere sed non potest non calefacere, non recte dicere videtur. Nam quaeque possibilia sunt mouere est moueri consimiliter se habentia est sibi proxima, eorum unum semper mouet et alterum mouetur ut in semine olim omnibus dispositis ad generationem olim consimiliter producitur olim, et omnibus ad progressionem eodem modo dispositis consimiliter fit progressio. At motuum est mobile essent consimiliter se habentia est sibi proxima, igitur motuum semper moueret et mobile semper moueretur. Nam ex opposito si unum non semper moueret et alterum semper moueretur, igitur non fuerunt prius in eadem dispositio cum non siebat motus, et nunc quando sit motus. Aut igitur mouens mutatum est et nouam accepit dispositionem aut mobile, et sic ante primum motum

Contradicto: fuisse motus prior. Non enim contingit denominationes contradictorias eidem nesciunt competere, nisi aut ipsum, aut alterum ad quod referitur mutatum fuerit, ut si linea a bipedalis est linea b tripedalis, et addita linea pedali fiat quadrupedalis, quo facto linea a non posse sive linea a est subdupla linea b, et prius non fuit subdupla, et quia linea a est mutata. Ita si motuum cessinens prius non fuit mouens, et possea fuit mouens, aut ipsum aut mobile ad quod referitur mutatum est. ¶ Tertio. Omnes philosophati circa ipso (solo Platone excepto) assertum tempus esse perpetuum, quod permanentium esse supposuit Democritus cum sic argumentabatur. sum aut altera Tempus est perpetuum, igitur impossibile est quod omnia sunt facta, et nulla tempore futuro superficiantur. At si tempus est per rū ad quod re pertinet, et motus est perpetuum. Nam (ut quarius physicon ostendit) tempus est passio motus, sicut pars est impar passio numeri. fertur facta. Igitur motus non incipit. ¶ Quarto. si tempus inciperit quemadmodum posuit Plato; et nunc temporis impartibile eius principium assignandum est, quod nullius alterius temporis est finis. At omne nunc temporis impartibile/medius est et continuans, et unius temporis principium est finis alterius, perinde atque omne pycnum lineae circularis est finis unius lineae est principium alterius partis, igitur quodcumque assignatur nunc, eo prius est tempus, sicut quodcumque punctum lineae circularis praecedit lineam partem, igitur tempus est perpetuum et nunc non incipit, quare neque motus. Vnde constat philosophus assimilasse tempus lineae circulari, et nunc temporis pycnum lineae circularis, quod eum ut de mundi perpetuitate perperam sentiret induxit. Si enim tempus ad lineam rectam, et nunc temporis ad lineam recte punctum (ut debuit) coparasset, continuo est mundus et tempus exordium habuisse cognouisset. ¶ Secunda conclusio. Motus sicut non incipit, ita nunc non definet/nez, ultimus datus est. ¶ Patet, quia si ultimus ponatur esse motus, postremo motus erit posterior. Nam motu corrupto vel res mobiles simul corrumpuntur vel remanent. Si corrumpuntur, ergo in aliud transmutatur, quia nihil in nihilum corrumpitum est, sicut ex nihilo nihil fieri. Sed non possunt in alterum transmutari nisi per motum generationis, qui sequetur motum postremum. Si vero res mobiles manent, erit in eis ociositas, et eadem quod prius sequetur inconvenientia.

#### ¶ Secundi capituli note.

¶ Minor mundus, homo et in eius similitudine unumquodque animal. ¶ Minor mundus, Microcosmus. ¶ Maior mundus, universum. ¶ Maior mundus, Macrocosmus.



Ecundum cap. continet vnam conclusionem. duas rationes ad eam, tres ratios non esse motum perpetuum probantes. & earum solutiones. ¶ Conclusio. Et Anaxagoras & Empedocles hard conuenienter mundum esse factum afferere videntur. ¶ Primo. quia in natura explanatione id summopere obseruandum est ne quid sine ratione probetur, & ne id causa sumatur quod causa esse non possit. Hoc autem in sua ipsa assertione Anaxagoras & Empedocles non obseruant, quoniam potius sua dicta figura similiora videtur. Inquit enim Anaxagoras meum illam infinitis seculis abstinuisse & possea operatam fuisse, semperque in futuram operaturam, neque causam ullam adhibuit. Sic enim mentem illam infinitis seculis ociosam/torquentem faciebat. Et Empedocles assertit adiumente lite mundum generari & adiumente amicitia interfiri, & id cōpluribus, alternatisque vicibus fieri, & interpolatim quiescere. Neque causam amicitiam adducere, cur hinc in modum alterentur vices nunc ortus, nunc obitus, nunc quietis. Debet saltem Empedocles inducere. Amicitia est quae homines cōgregat, inamicitia autē se fugit & segregat. Fugient namque ab inimicis, quare & in universo sic erit. Et quoniam id insufficiens sit, vñus tamē rationem sequi fuisse. Quod quidem & Democritus faciebat, & cor quod facta erant causas inquirerat. Aeternorum vero & eorum quae semper sunt non amplius volebat nos rationē inquirere. quod in parte recte, in parte vero insufficenter volebat. Nam triangulum angulos tres duobus rectis habere egales, eternum est, & huius causam inquisitum & causam habet principia perpetua. & horum quidem principiorum non amplius causa vlla est. ¶ Secundo. quia nihil in universa natura est, quod aut ratione, aut ordine careat, & natura omnibus quae natura cōstant, ordinatio causa esse videtur, & semper uniformis, similique plenarie ordinis naturae tenor, vt non aliquid quidem sic, aliquando vero non procedat, vt semper ignis ad superna conscientia, grauium vero motus semper ad ima. At vero Anaxagoras assertio sua, quae infinito tempore res quieuerint & possea moueri cōperint, omnem tollit ordinacionem. Infinitae autem quietis ad motum (quem postea ponit infinitū futurū) nulla ordinatio est. Neque redditio ratio potest villa, cur tunc faciat, cur non prius. ¶ Vnde fit etiam ut Empedocles dictum minus rationale videatur. Nam ponit mundum generari, deinde interfiri, & interpolatim meditis intermissionibus quiescere, & iterum nasci, ac oriri: ubi videtur generatus naturae ordo & tenor. Non tamen sufficēter (vt diximus) nulla ratione id astrinxit. ¶ Tres rationes motū non esse perpetuum probantes, pariter & earum solutiones. ¶ Prima. Omnis motus est de quodam in quoddam, vt de contrario in contrario, sed de contrario in cōtrariū motū, infinitū

esse impossibile est, igitur nullus motus, infinitus & perpetuus est. ¶ Secunda. videmus ea quae nūc aguntur fuerunt omnino neque secundum se neque suas partes, vt ignis, aer, aqua, terra: inanima pariter & anima tā post hūsimodi quietem posse incipere motum, quid igitur prohibebit & mundū motum itidem incipi potuisse? ¶ Tertia. Animalia mouentur post summam quietudinem nullo impulsore. Non enim vt moueantur, extrinsecum quicquid afferre oportet, quid igitur mundum post summam illam (quam Anaxagoras astruit) quietem motum incipere prohibet? Si id in minore mundo inspicimus, cur nō licet & in maiori inspicere? Et hec ratio fortius persuadere videtur, non tamē has rationes dilucere difficile erit, ¶ Primus solutio. dicitur nullum motum qui ex contrario in suum est contrarium, perpetuē atque perenni esse, sed omnem talem contraria clausum & terminatum. & non semper numero esse posse unum & continentium, vt neque idem numero sonus quem Chorda primo ita reddit, & quem secundo ita. Omne enim motum de quodam esse in quoddam, vt de contrario in contrarium, sensibilium motibus applicari debet. Etenim prēter hos alius quidam motus, quem nihil verabit semper esse unum & evide/continuum/figem & perpetuum, vt amplius ex sequentibus fieri manifestum. ¶ Secunde, non est inconveniens ea quae nunquid agitant inchoare motum. De inanis vero nihil mirari dignum est si vt excitetur a quiete: ex trinsecu motorem habent appositorum, quo absente quiescent, & hoc natura facta quiete, si violata fuerit quies, ex trinsecu motum vetante absente, protinus mouetur. Et hec ratio videtur querere causam cur aut non semper quiescant, aut semper moueantur, sed hoc aliounde fieri exploratum. De animaliis autē maiorum affer difficultatem, de quibus nunc discendum est. ¶ Tertiū. dicitur animal nūc sine naturali motu esse, habet enim semper in se naturalem motum, & non unum solum, sed forte multos, quorum ipsum totum animal causa non est, sed est intra se delitescens omnium horum causa. Et sic circa animal nō ex omniis motus quiete nullo extrinseco administrante mouetur, sed ex quiete motus qui secundum locū est, cuius causa quandoque contingit ab extrinseco, quādōque ab intrinseco & a motibus (qui plures sunt) interius nunc intellectum nunc appetitum mouentibus. Et certe ostendit se minus multos in animali interiores esse motus, cum eius partes exteriores moueri non videantur, quae aliquo inexistente iterum exprecta surgunt. Ex minori sicut mundi similitudine non conficias maioris mundi motum post quietem incepisse. Sed de his adhuc ex sequentibus aliquid apparebit manifestum.

#### ¶ Notarum secundi capituli declaratio.

¶ Homo dicitur minor mundus, quia utriusque nature & sensibili & intelligibili est nexus & uinculum. Ipsiusque mundi (ut a Trinacria) miraculum. Et quaeque sunt in mundo intelligibili & sensibili, inueniuntur in homine in analogia. Animalia autē extra, imagines sunt hominis, qui omniālī est ueritas. Nonne animalia eorum uirtutum, potentiarumque habent uelutigia quarum homo habet ueritatem, proinde unumquodque animal in homini similitudine dicitur minor mundus, quia ad maioris mundi similitudine est factum. Quod enim est in universo terra, hoc est in animali melacolia, quod in universo est aqua, in animali est flegma, quod acer uniuersi, hoc est sanguis animalis. & quod in universo ignis, hoc in animali colera.

Quare homo dicitur minor mundus.

¶ Secunda capituli conclusio. ¶ Anaxagoras est Empedocles non recte afferunt mundum esse factum. ¶ Nam in tradenda rerum naturarum discipline nihil ratione comprobari naturam sine ratione afferendum est, neque id pro causa sumendum quod causa esse non potest. Anaxagoras autem est Empedocles eorum que ratione requirunt nullam ratione adduxerunt, et pro causa id sumunt quod causa esse non potest. Nam Anaxagoras dixit mentem diuinam aeternis seculis a segregatione absoluuisse, et deum segregare incepisse/sempere, segregatur est, neque causam adhuc cur non semper segregauerit, et cur tunc potius quod prius incepit in uno mente illam oculos est sine operatione torpētum posuit. Vnde Aristoteles mutationem primi mobilis pergit primam ipsius primi mouentis operationem, quare ne primum mouens concederet esse ociosum, posuit mundum esse perpetuum, et celi motum perpetuum. Non autem cognovit propriam summi boni operationem intrinsecam, qua pater superbeneditus comunitas filio infinitam bonitatem/uitam/sapientiam/potestatem, quare ante mundi constitutionem non erat ociosus, sed solū cognitum extrinsecum operationem dei, scilicet moderationem mundi, quam ponebat a deo pendere necessario sicut lumen a sole/cum sole sit aeternus, et lumen quoque haberet aeternum. Quod ueritatem non consonat. Nam pendet illa a deo tanquam mouente voluntario, quod pro arbitrio mouet. Empedocles autem dixit adiumente lite mundum generari, et adiumente amicitia corrumpi/nullam adducens rationem. Potius est quidem hanc rationem afferre. Sicut est in hominibus, ita in universo. At amicitia homines congregat est, concordia uero dissipat et dispersit. igitur est in universo, que licet insufficiens sit et inefficax, tamen ad persuadendū aliquarūlū non sūt ueritatis inutilis. Democritus uero rerum naturalium et transmutationis eorum causas investigatebat et recte heterorum uero et perpetuorum causas a nobis inquirendas esse noluit. Sed id secundum Democritus non recte dixit. Nam propositio triangulus habet tres angulos aequales duobus rectis est aeterna et perpetua ueritatis, quia nunquam a sua ueritate decidere potest. Et tamen eius assiguratur causa scilicet principia quibus demonstratur. Ipotom autem principiorum (cum sint primae in disciplinis cause) non est amplius causa petenda. ¶ Secundo. Nihil in tota natura ratione aut ordine caret, natura enim nihil ociosum est nihil frustra facit. Et omnibus rebus naturalibus natura est forma substantialis et pulchra ordinatio causa est. Et in florē forma florē est causa operationum et fragrantiae eius, in aqua forma aquae. Sic ordinatio particularis causa operis est forma particularis. Ordinationis autem universalis causa est forma universalis est absolute, cuius forma substantialis ordinatio est et dispositionem quantum potest imitatur. Et hoc loco Aristoteles ex admirabilio ordinatione nature nos molitur cōsiderandum summam ordinacionem est pulchritudinem primi opificis, cum dicit quod natura in suis operationibus est uniformis est consimili ordine nisi fuerit impedita constans, ut semper graue tendit deorsum, et leue sursum. Anaxagoras autem in sua positione binimodo naturae ordinacionem non seruat, Nam dicit res postquam infinitis seculis quieuerūt, moueri incepisse. Infinita autem quicquid

Pulcherrima mundi ordinationis hic in suis naturat.

precedentis ad sequentem motum nulla est proportio, ut neq; infiniti ad finitum. ¶ Quare ea ex parte Empedocles minus irrationabiliter locutus videtur. Nam posuit prius mundum generari deinde quiescere, & ultimo corrumpi. Deinde iterum generari, & ita has ortus est occasus vices alternatum seruari, quod quodam ordine naturae seruato fieri videtur. Anaxagoras autem tollit res Tres rationes. Etum ordinem. ¶ Tres rationes motu non esse perpetuum contendentes. ¶ Prima, omnis motus est de quodam termino in quedam terminum: 9 probantes motu de contrario in contrarium, perpetuum esse est continuum impossibile est, igitur motus non est perpetuum. ¶ Solutio. Rerum sensibilium est corporum naturalium motus sunt de contrario in contrarium, quare non sunt per perpetuum. ¶ Prima solutio. Sicut determinatis clauduntur terminis. Neq; sunt idem numero, quia motus ad eundem specie terminum aliquo temporis intermedio spacio facti (ut frigescit in tempore a, & frigescit in tempore b, aliquid interstite quiete) non sunt idem numero, sicut non est idem sonus numero quem reddit chorda primo pulsata, & eadem secundo post aliquantulum mora tacta, igitur a posteriori neq; motus ad diuersos immo contrarios terminos facti, sunt idem numero. Corporum autem celestium motus non sunt de contrario in contrarium, quia motui circulari nihil est contrarium, ut primus liber de celo ostendat, proinde id non probabit aliquem motum circularem esse perpetuum. ¶ Secunda ratio. Corpora sensibilia tamen animatae & inanimatae post quietem possunt incipere motum, igitur & mundi motus consimiliter incipit. ¶ Solutio. Admittitur assumptum. Nam animata post quietem incipiunt motum extrinseco motore coadiuvante. Si enim quies fuerit naturalis ut lapidis super terram, motus ab illo loco violentius erit, & per extrinsecum mouens cuiusmodi est impellens aut propulsiens. Si uero quies fuerit violentia ut lapidis super trahem, applicandum est: apponendumque remouens obicem: cuiusmodi est frangens trahem aut detrudens lapidem & tunc mouebitur naturaliter. Non autem simile est corporibus sensibilibus & celestibus, quia sensibilitas naturam habent que est principium mouendi & quiescendi. Caelum autem solum habet principium mouendi & non quiescendi. ¶ Tertia ratio. Animalia post summatum quietem mouentur nullo extrinseco impellente. Vt enim equus progediat, & ait uoleat, non requirunt aliud extrinsecum impellens. ergo & in toto universo post quietudinem incipit motus, quare motus celi non est perpetuus. ¶ Solutio. Non est admittendum quod animalia post summatum quietudinem hoc est cessationem a quoque motu incipient moueri. Nam a principio animal habet in se motus potentiae vegetativae scilicet conuersationem cibi in suam substantiam, nutritionem, digestiōnem & cordis agitationem, qui ędiū animal uituit sine quiete permanent/non quidem extrinseci sed intrinseci, quorum totum animal non est causa sed forma substantialis animalium intra animal latitans. Ea enim cibum convertit, digerit & nutrit mediante calore naturali. Animal tamen a motu secundum locum quiete excitatur ad motum, quia non cum primu[m] est, loco mouetur, sed postquam instrumenta sibi a natura ad motum deputata, apta sunt motu exercendo. & non contineat eo motu agitatur sed inter quiescit quia ea mouendi uirtus ut pro grossu, uolatina, defatigabilis est, uirtus autem nutritiva continua operatione non defatigatur. Et huiusmodi motus secundum locum causa quandoque contingit ab extrinseco, ut obiecto appetibili impellente animal ad motum, quandoque uero ab intrinseco, ut in bruis ab imaginacione & appetitu. In homine uero a ratione & uoluntate, ut teritus de anima clarius ostendat; Quod autem interiores sunt motus in animali facile ostendit somnus, in quo partes animalis exteriores non uidentur moueri, ipse tamen ab aliquo scilicet forma substantiali inexistenti iterum experie& et uigilant. Nempe in somno actus animalis principis digestionis cibi commodius exercet, non occupatus circa functiones sensus exteriorum, & expellit superficia per sudores & cetera media quod indicio est in animali motus efficiientes. Et completa digestione, finitur somnus & fit experie&. Quare ex similitudine animalis non reale concluditur motus celi incepisse, cum animalium motus non sit motus celesti analogus, sed potius animalium nutritio.

## Tertia solutio.



¶ Tertij capituli note. ¶ Immobile primo. ¶ Locus proprius, locus naturalis. ¶ Aliqua, res naturales aliqua. ¶ Caprificus, filius his sicus, omnia quibus innascitur loca discindens & rumpens. Eritum cap. continet vnam divisionem, tres conclusiones. duas rationes ad primum tres ad secundam, vnum correlarium ad tertiam. ¶ Divisione. Necesse est omnia entia aut semper moueri, aut quiescere, aut immobilia esse, aut aliqua semper moueri, quiescere, aut immobilia esse. Aut aliqua aliquando moueri, aliquando quiescere, aut aliquando immobilia esse. Et haec discutere, utilitatem ad ea (que paulo ante dicta sunt) affert, pariter & ad presentis operis rursus dubitatorum solutionem, & totius absolutionem & completionem. ¶ Prima conclusio, non omnia semper mouentur. ¶ A sunt enim qui h[ab]ent omnia semper moueri, sed motu illum latere sensum, neq; quo motu semper mouentur determinant, sed id falsum esse monstratur. ¶ Primo. quia natura est principium quietis, ut & motus. Ita igitur dicentes principium negant physicum. falsum igitur dicunt omnia semper moueri. ¶ Secundo. non omnia semper generantur, aut corruptiuntur, augmentantur, aut diminuantur, neq; continuantur auctio & diminutio, sed semper inter affectionem & diminutionem medietate interfacere oportet, vt si tot guttas aut innascens caprificus lapidem cauere, non oportet quilibet guttam lapidem cauare, & in toto tempore precedente guttam aut caprificum aliquid lapidis abscondere, sed tot cauere simul & non quilibet, vt tot homines simul trahunt atque mouent nauem, & non quilibet. Ita & in auctio & diminutione. ¶ Necesse est omnia semper alterantur. Primo. quia quis id quod alteratur, in infinitum partatur, non idcirco uinuerfa temporis serie alterationem trahi oportet. Nam plerasque alteratio[nes] veloces, & in toto saepe affectus ut congelationes, perspectas habemus. Secundo. eger in tempore sanatur, quem postquam conualuit & eo completo tempore, manifeste a sanatione quiescere perspicimus. Est enim sanatio, ut alteratio. Tertio. alteratio est inter terminos contrarios, clauditur igitur, & non in infinitum procedit. Quarto. videmus lapides tanto tempore manentes, neq; duriores neq; molliores fieri. Signum igitur est non omnia semper alterari. Et certe qui putat oia semper alterari, in nimis manifestis

errat. ¶ Necesse est possunt omnia semper fieri. ¶ Primo. quia per discordum est credere montes & saxa semper deorsum ferri, & ea uideri semper in terra manere, & id nos latere. Secundo. ignis/aer/aqua/terra & pleraque allorum in suis propriis locis existunt. At vero vniusmodi in suo proprio loco natura quiete est, aut ex eo violente detruitur, quiescunt igitur talia in suis propriis locis. Non igitur omnia semper inueni est astruendum. ¶ Secunda conclusio. Non omnia semper quiescunt. ¶ Primo. quia quedam mouentur sensu vel perspectissima sunt, & hoc illustris/manifestus est quod ut rationem requirat. Quicquid profecto rationem vbi sensu faciat, quodam intellectus inservit. ¶ Secundo. quia qui dubitat motu esse, non modo in physica, sed alia qualibet scientia trahit errorē, quia omnes quodammodo motuuntur. ¶ Tertio. quia sicut importunitates ad mathematica principia nihil ad mathematicum pertinet, ita quoque neq; est que sunt ad motum esse/ad physicum spectant, est enim physica suppositio, & natura principium esse motus prius posita est. Ex iis enim intelligis non omnia semper quiescere, & ne hoc quidem modo, sed neq; oia semper immobilita psteratur posse. ¶ Tertia. non aliquod semper mouentur, & aliquod semper quiescunt. ¶ Quia res non semper generantur aut corruptiuntur, sed simul atque genitae sunt, non amplius generantur, & sui interitus finis est & terminus. & ceterae mutationes sunt generationes quedam & corruptiones. Quia augentur, certum est non semper augeri posse, & que minuantur, non semper minuti, & que alterantur, non semper alterari, & que feruntur, non semper feruntur, nam in suis locis natura quiescunt. & extra ut mouantur, violentus exiguntur motus, qui non semper perseverat, & consimiliter ostendas eas non semper quiescere, ut que aliquando orientur: aliquando occidunt, incrementum sumant, atque decrementum. ¶ Correlarium, unde fit exploratum aliqua aliquando moueri & aliqua aliquando quiescere.

## ¶ Notarum tertii capituli declaratio.

¶ Immobile in proposito pro prima significatione accipitur, scilicet pro eo quod nullo modo potest moueri. Ceterae eius significations in secundo capite quinti physicorum enumeratae sunt. ¶ Locus proprius hic non dicitur qui est loco immediatus, & ut responderet loco communis, sed est in quo res naturalis quiescere natu[re] est & opponitur loco violentio. ¶ Aliqua in litera id est quod res naturales aliqua, scilicet omnia, res naturales omnes, secundum materialia subiecta. Nam quia hoc in textu dicuntur, solum de rebus natura libi intelliguntur.

¶ Tertij capituli divisionis quadrimembri. ¶ Necesse est oia semper moueri, aut omnia semper quiescere, aut omnia semper immobilia esse. Aut necesse est aliquando moueri, aut aliqua aliquando quiescere, aut omnia aliquando immobilia esse. Aut necesse est aliquando moueri aliquando quiescere, aut aliqua aliquando immobilia esse. Et horum discussio non parum ad ea que hic determinantur aptius intelligenda conductus. ¶ Prima conclusio. Non omnia semper mouentur, ut possit Heraclitus & sui sectatores. ¶ Primo. quia prius diffinita est natura esse principium mouendi & quiescendi. Non minus igitur natura principium quietis est & motus. Et id in physica principium est, quod tamen negant qui omnia semper moueri ponunt. Non igitur recte dicunt. ¶ Secundo. non omnia semper generantur, sed completa asecuta formam a generatione quiescent, neq; omnia semper corruptiuntur, sed completa generatione, aliquanto tempore perfecta permanent, anteque corruptantur. ¶ Neq; oia semper augentur, nam statim augmenta. Non oia semper generationis a natura definitum non excedunt, neq; diminuantur omnia semper. Nam est augentur interduum, & tempore interduum, & augeri autem & diminutionem modo ab utroque, motu quiescant. Quare neq; continuantur adiuuicem augmentationis & diminutionis, sed inter eas est status & quies intermedia. ut si centum guttas carent lapidem, aut caprificus scopulo innascens eum perfringere, non oportet quamlibet guttam sigillatim lapidem carent, neq; quamlibet caprifici pliculam scopuli partem perfringere, sed totidem simili gutta lapidem carent, & totus caprificus discedit trupem, sicut centum homines simul trahunt nauem & non quilibet sigillatim. Ita in augmentatione omnia alimenta simul eam compleant, & in diminutione ab omnibus partibus substanciali fluxus & perdidit eam facit, & non sigillatim una alimenta pars. ¶ Neq; omnia semper alterantur. Primo. quia licet qualitas secundum quam fit alteratio in infinitum secundum intensiōnem dividatur, non tamen alteratio tota temporis serie durat. N[on] enim cognoscimus alias alterationes totu[m] subiecto simul absentias, & non prius in una subiecti parte q[uod] altera, ut congelatur aqua secundum omnes partes suas simul. & a principio extrinseco scilicet frigiditate aeris aqua circulante. Similiter cum aqua reducat se ad frigiditatem, non prius in una q[uod] altera parte frigescit, quia aqua forma substantialis aquae est propinquia omnibus partibus aquae. Secundo. eger temporis successione sanatur, & postquam conualuerit, quiescit a sanatione. Quia tamen si proprietas alteratio non sit, tamen quandam habet cum alteratione similitudinem. Tertio, alteratio est inter terminos contrarios. At motum contrarijs terminis clausum perpetuum esse impossibile est, igitur nulla alteratio est perennis. Quarto. neq; dura mollescere, sed longo tempore suam feruam reducunt, neq; molles semper indurescere oculis perspicimus, non igitur omnia semper alterantur. ¶ Neq; omnia semper loco mouentur. ¶ Primo. quia absurdum est credere montes & saxa semper deorsum ferri, & ignis semper ferri insum, quia & levibus & granibus determinati sunt a natura limites quos ultra moueri non possunt. ¶ Secundo. quia elementa & pleraque res naturales in suis locis naturalibus existunt. Sed unaqueque res naturalis in suo loco naturali quiescit suapte naturae, extra que non nisi uolente mouentur, igitur & elementa & huiusmodi res naturales in suis locis quiescent, quare non omnia semper feruntur.

¶ Secunda conclusio. Non omnia semper quiescent. ¶ Primo. quia sensu recte disposito cognoscimus aliquam moueri, neq; id ratione probari amittendum est. Nam rationem quere eius quod sensu cognoscitur/implicitatis intellectus indicium est. ¶ Secundo. quia qui motus negant, non solum in philosophia naturali errant, uerum etiam in alijs disciplinis que aliqua motus specie istuntur, ut in astronomia que motum celestem considerant in musica & perspectiva que motum specierum coloris est sonus ad organum iuisus & auditus determinant. ¶ Tertio. quia sicut argumentationes sophistarum & canulationes contra principia mathematica (ut coram qui negant puncta impossibly, & magnitudinem substantiam alteram esse, qui lineas & superficies non adiungunt a corpore illis)

stingui) nihil pertinent ad mathematicum. Ita quoque sophisticae calamitiae contra principia physicae nihil ad physicū spectant quae re non debent quemque mouere. Et motum esse principium est physicū. Et natura in secundo physicorum diffinita est ex principio principiū motus, igitur non omnia semper quiescent, quare neque omnia semper immobilia sunt/cum res naturales omnes sint mobiles.  
**¶ Tertia conclusio.** Non aliqua semper mouentur, & aliqua semper quiescent. **¶ Patet.** quia nullae res naturales semper generantur/sed tandem consumatur earum generatio, neque semper corrumuntur/fed cum nihil forme restat deprendendum finitur corporio. Nulle itidem semper augentur neque minuantur, nam natura constitutus est auctimenti & decrementi terminus. Neque semper alterantur ut calefiant aut frigescant, neque semper loco mouentur sed solum cum spacio motum finiunt, & in suis naturalibus locis res naturales natura quiescent, neque extra dimouentur nisi extrinseco impellente & motum violentum producente/qui non semper per perdurat. Neque aliqua res naturales semper a generatione quiescent, nam per generationem ad ortum discuntur, neque a corruptionem in terdum corrumpi cernuntur, alioquin essent incorruptibles, neque ab augmentatione semper quiescent aut diminutione. Nam animalia suscepunt alimento a geri & graueſtente seruo minus sensu cognoscimus, neque ab alteratione aut mutatione secundum locum. Nam aquam calefieri & lapidem deorsum moueri quis negauerit? Similiter non aliqua semper immobilia sunt, quia rebus naturalibus proprium est moueri. **¶ Correlarium.** Unde manifestum est omnia aliquando moueri & aliquando quiescere, non autem omnia aliquando immobilia esse, cum aliquando mouentur omnia. **¶ Ex quo consequitur aliqua aliquando moueri & aliquando quiescere, non autem aliquando aliqua immobilia esse, cum aliquando immobilia esse.** Et ita singula divisionis partes discussae & terminatae sunt.

**¶ Quarti capituli nota.**

**¶ Sistere, quietare.** **¶ Motus violentus** est qui sit a principio extrinseco, non conferente uim passo. **¶ Non conferente uim passo** a principio non agente intrinseco. **¶ Violentus, præter naturam.** **¶ Discretum, diuinum, aliud.** **¶ Potentia primo/potentia remota.**

**¶ Potentia secundo/potentia propinquia & precipua.** **¶ Sphæra, pila, iuxta.**



Vartum cap. continet tres divisiones & duas conclusiones. **¶ Prima divisio.** Eorum que mouentur, quedam secundum se mouentur, quedam secundum partem, & quedam per accidens. Ita & eorum que mouent. & quid vnumquodque eorum sit, prius dictum est. **¶ Secunda.** eorum que per se mouentur quedam a seipso mouentur, que post quietem in motu initare & inchoatum citra terminum sistere nullo extrinseco aduentente queunt, vt animata. Alia vero ab alio, que id non possunt, vt inanima. **¶ Tertia.** eorum iterum que per se mouentur, quedam natura mouentur, que a principio quod in ipsis est mouentur, vt animata a seipso, & a principio quod in ipsis est mouatur, & gravis deorsum. Alia vero vi & præter naturam, vt aliquando animata & animatorum partes & terra sursum. **¶ Prima conclusio.** In omni motu discretum, diuinumque est quod mouet & quod mouet. **¶ Nam in his que vi & præter naturam mouentur, statim id manifestum est.** mouetur enim ab extrinseco agitatore. In his vero que secundum naturam (vt in animalibus que a seipso mouentur) etiam id defenditur. Nam motorem habent animalia intus latentem, vt nauta est intra nauem ipsam gubernans & dirigens. De inanimatis autem cum natura feruntur, difficultas affertur. Nam non videtur ab extrinseco moueri. Moverent enim vi quicquid, & præter naturam potius. Neque a se, vt animata. Primo, quia a se moueri, animatorum est proprium. Secundo, quia que a seipso mouentur, se quietare queunt citra terminum, vt qui ambulat, & vult & ubi vult potest non ambulare, inanima vero non. Tertio, quia que a seipso mouentur, ad oppositas partes seipso feruntur, vt animata nunc ante, nunc post, nunc sursum, nunc deorsum, nunc in dextrum, nunc in sinistrum natura feruntur. Non autem inanima, vt ignis, solum enim natura sursum & non deorsum fertur. Sed tis nimis non obstantibus, inanima quod discreta & diversa sunt & mouens & quod mouentur, vt coru pars vna est mouens & altera mota & patiens. **¶** licet extrinsecum egeant cum ipsum etiam natura ferantur, eorum tamen ipsum intrinsecum principium vim mouendi probet ac probat. Non tamen (vt rite probatum est) idcirco a seipso moueri dicetur. Sed huc adhuc clariora, dilucidiora quoque easura sunt. **¶ Secunda.** inanima ab alio mouetur, & alterum atque alterum mouens & motum est. **¶** Nam mouens aut est præter naturam, vt ferreus aer & natura gravis quispiam sursum levantis, aut mouens natura, vt actu calidum natura mouens atque calefaciens quod est potentia calidum. & ita secundum quantum, & ubi. Nam quicquid actu causa est, naturale in vim habet mouendi ea que potestate talia sunt, quale quod mouet actu est. Cum vero inanimatorum mouens præter naturam fuerit, manifestum est ea ab alio moueri, & alterum & alterum esse mouens & motum. Quod si secundum naturam, itidem, nam mouens erit actus, facies mobile actu esse autem ipsum, aut quale, aut ubi, quale ipsum potentia erat. **¶** Verutamen duobus modis dicitur aliquid esse in potentia. Primo aliquid est sic in potentia non quidem vt operetur non impedimentum, sed adhuc actu egens, quomodo dicimus terram esse in potentia sursum: aut quia præter naturam sustollit sursumque ferrum posuit, aut in ea generari levitas, quemadmodum & ipsa, aer potentia est, & sicut nondum sciens potentia est consideras. Alio modo ita in potentia, vt subtrahendo impedimentoo, prius opere, quicadmodum sciens (modo impedimentum non sit nullum) considerat, & actu calidum, calefacit, & hoc pacto inanata sunt in potentia vt in sua loca ferant, quousque raseat extra, & in quanto, & quicquid similiter se habet. Et est resistens & impedientis quodammodo vt mouens, & quodammodo vt non. Nam mouens per accidens & non per se, vt lapis cum demolit paries, & sphaera insonia repulsa parate, ab eo vt resistente per accidens mouet. Sed ex his satis esse clarum arbitramur inanima semper ab alio moueri, & alterum atque alterum esse mouens & motum.

**¶ Notarum quarti capituli declaratio.**

**¶ Si** sterc est motu cohibere & quietem inducere. **¶ Motus violentus** est qui sit a mouente extrinseco non coadiuvante virtute moti. **¶** Quis motu intrinseca, ut cum lapis mouetur sursum projectus ab impellente, illa projectio sit a projiciente qui est extra projectum, nullo est violentus. principio intrinseco mouete, neque enim forma substantialis lapidis mouet neque eius gravitas, quin potius resiliat. Sic cum leue detrudit, forma substantialis leuis & ipsa levitas non efficiunt motum deorsum sed potius resiliunt. Et hec diffinitio violenti solu debet applicari ad illos motus violentos qui non fiunt ad fugiendū uacuum, quia ob id est levia seipso descendunt & gravis ascendent. **¶** Discretum siue diuinum hic dicitur non cuius partes dividuntur & distractabuntur ab initio, sed quod ab altero aliud est & differens, ut mobile & mouens discretum & diuinum dicuntur, non q. ab initio separata sunt & aliquo spatio distracta, sed quia mobile non est mouens, neque mouens est mobile. **¶** Potentia remota est qua aliquid natum est quicquid officere, non tamen id potest nisi aliud disponit. Quid potest dispositione quam nodum habet in ipso prius acquisita, ut puer est in potentia remota ad cytharizandum, pīgendum, & ceterum habitum actus. **¶** Potentia autem propinquia est quādū quādū est quicquid efficiere, & id est pōtēt in potentia propinquā ad cytharizandum, & pīgendum & grammaticus dormiens in potentia propinquā ad latine loquendū/ quemadmodum q. clavis est oculis est in potentia propinquā ad uidendum.

**¶** Varti capituli prima divisio. **¶** Eorum que mouentur, quædā secundū se & p se mouentur, q mutatione q in ipsis est & se. **¶** Que mouentur quādā qualibet partem mouentur, ut lapis deorsum ruens & ignis sursum emicans, quedā mouentur secundū partem solum, quorum pars integralis aliqua mouetur, a qua totū denominatur moueri, ut fortes sanari dicitur cu oculis eius sanatur. **¶** Quedā uero per accidens, q non mouetur motu qui in ipsis sit sed alterius, ut homo sedens in naui defertur p flumen ad motum natus. **¶** Et forma lapidis per accidens mouetur deorsum ad motū lapidis. Sic mouentur quedā per se mouent q secundū se tota motu dens. **¶** efficiunt & non per alterū, ut forma aquæ reproducens frigiditatem, quedā secundū partem solū, ut si manus fortes calefactat est totus fortes dicatur calefacere. **¶** Quedā uero per accidens, ut calidū mouet sursum & leue calefacit, ut in primo quinto physicorum distinctione est. **¶** Secunda divisio. Eorum que p se mouentur quedā mouentur a seipso, q possit possunt incipere motum nullo extrinseco aduentente, ut fortes posse dicuntur. **¶** Secunda divisio. Eorum que p se mouentur quedā mouentur a seipso, q possit possunt incipere motum nullo extrinseco aduentente, ut fortes possunt incipere motum nullo extrinseco aduentente aut inscriptū cum uult ambulatione incipere, & incipit intermittere ante ad terminū pingit, & alia gressibilia quoniam illa aquatilia. **¶** Et repentina hoc modo mouentur. Alia uero non mouentur a seipso, q non possunt incipere motū nullo extrinseco aduentente aut inscriptū ante terminum dimittere, ut inacta est plantæ, non enim lapis potest incipere motū nisi sit remouens obstatulum, neque a motu cessare potest nisi cū ad terminū pernenerit. **¶** Tertia divisio. Eorum que p se mouentur quedā mouentur motu naturali, q a principio motu effectivo intrinseco mouentur scilicet a forma sua substantiali, ut homo ambulans est lapis deorsum cadens. **¶** Quedā uero motu violento, q a principio mouenda extrinseco mouentur, ut homo sursum trahit & lapis sursum pulsus. **¶** Prima conclusio. In omni motu aliud reipsa est quod mouet & aliud quod mouetur. Et hæc eiusdem est sententie cum hac propositione in precedentibus libro probata, omne quod mouetur, ab alio mouetur. **¶** Patet, quia q violenter mouentur, ab extrinseco peliente mouentur, igitur manifestum est in illis aliud esse mouens & motum. Animalia autem q a seipso mouentur/intra se uim habent motricē scilicet suam formam substantialē, perinde atque nauta intra nauem latitat ipsam moderans, igitur est in his aliud est mouens & id quod mouetur. **¶** De inanatis autem cum motu naturali mouentur oriuntur difficultas. Nam ab extrinseco non mouentur, alioquin mouerentur violenter per diffinitionem, & non natura. Neque inanata a seipso mouentur sicut alia. Primo, quia a se moueri, solis consuetudo animalibus, non igitur conuenit inanatis. Secundo, q a seipso mouentur, nullo extrinseco aduentente possunt motum incipiunt & ab incepto desistere anteq ad terminū pueniunt. Sed inanata non possunt inchoare motum sua sponte sed requirunt extrinseco amouens impedimentum. Neque ab incepto motu ante terminū possunt desistere sponte sua, igitur inanata non mouentur a seipso. **¶** Tertio, quia q a seipso mouentur, ad omnes positiones differentias feruntur. A inanata non sic indifferenter in omni parte feruntur, ut ignis. Nam solum fertur sursum, & terra deorsum, igitur inanata non feruntur a seipso. Nihilominus in corporibus inanatis aliud est mouens & aliud quod mouetur, cū motu naturali feruntur. Nam una eorum pars substantialis est mota & patens scilicet materia, altera uero mouens scilicet forma. Et quis inanata indiget extrinseco ad amouendū impedimentū quando etiam natura taliter mouentur, tamē principiū sui motus effectuum habent intrinsecū, scilicet propriam formam substantialē, propereatā non mouentur violenter, nā motus violentus sit a principio extrinseco principaliter efficiente totū motū. Et quis ab extrinseco mouentur principio, tamē propereatā non mouetur a seipso. Nam licet quicquid moueat a se, moueat a principio intrinseco, non tamen edis uero. **¶** Secunda conclusio. In corporibus inanatis aliud est mouens & motum. **¶** Nam aut mouens corpus inanatum, mouet præter naturam, quando suapte natura non est natū talē motū efficere ut uelut ferreus (id est instrumentū ad aliquid sursum ueluti atque mouendū accommodatum) quicquid sursum euehens. Aut tale mouens, natura mouet, quando natura fieri est natū motū, ut ignis habens caliditatem calefacit illud quod natū est suscipere caliditatem. Nam quicquid actu habet aliquam dispositionē, natū est efficere ea q natū sunt eam suscipere Italia, quale ipsum est actu, ut quod actu est calidum, natū est ea q caliditatis sunt suscipientia, efficere calida. Cum igitur mouens inanata fuerit præter naturam, & alterum mouens q mobile natū sit moueri, manifestū est aliud esse mouens & motū, ut cū projiciens sursum pellit lapidē, aliud est pellens lapidē est lapis. Si uero mouens fuerit secundum naturam, etiā aliud est mouens & quod mouetur. Nam mouens est forma substantialis mediante suo instrumento faciens motile factile, ut quale prius natū fuit esse & non fuit, ut aqua iterum renovans frigiditatem. **¶** Dupliciter autem aliquid est in potentia. Primo in potentia remota quādū natura pōtēt aliquid facere, sed ut exequatur operatione indiget aliqua dispositione acquirendā. ut terra pōtēt esse sursum, aut q uolēte sursum ferri pōtēt & ita indiget aliqua dispositione scilicet nūtū sursum pulsū, a projicie te ipse projecto imp̄sa, aut q in terrae materia pōtēt produci levitas, quēadmodū & terra pōtēt esse aer potentia remota, q potest accidere formam substantialē aeris in sua potentia & materia, quēadmodū aliquis non cōscetus habuit scientię dicitur potentia scilicet cōsiderat. Alio modo aliud est in potentia propinquā, quando amoto impedimentū & nulla in ipso acquista noua dispositione.

Bifariam altitudinem esse in potentia.

ipsum sit in actu, ut scientia conscientis si non intercesserit impedimentum actu contemplatur. Et actu calidum amoto impedimento calefacit. Et hoc secundo modo inacta existentia extra proprium locum sunt in potentia ut ferentur in sua loca, non remoto impedimento mouetur ad suum locum. Et amores impedimentum est causa sine qua non fieret talis motus, ut franges parietem super quem iacent lapis ruinae partis cadat deorsum, est causa sine qua non fieret casus lapidis deorsum. Similiter reflexus motus directo est impediens eum continuo fieri causa per accidens motus reflexi est reflexionis, ut lapis rotundus proiectus in terram refluit a terra sursum, cuius reflexionis terra est quodammodo causa. Sic si pila impulsu parieti iterum repercutitur, illius reperfusionis terra est causa per accidens.

**Quinta capituli note.**

**C** Mutatio uniuoca est cum mobile ad coniunctum actus mouens actum mouetur. **C** Seipsum mouens, completum mouens ab intrinseco motum.



Vintum cap. continet vimam distinctionem, quinque conclusiones, & duas rationes ad primam. **C** Diversio. Mouentium quoddam est mouens tantum & non motum ab altero, ut et id primum & p se mouens dicitur. Alterum est mouens quidem & ab altero motum, & eorum quoddam est propinquius, ut quod est primo immediatus, & quoddam remotius, verbi causa, vt si homo mouet manum & homo non amplius ab alio mouetur / manus mouet baculum, & baculus lapidem, homo mouens primum & propter se diceretur, & manus & baculus mouentia secundum alterum, hoc ultimum & remotius, illud vero propinquius. **C** Prima conclusio. primum mouens posterioribus magis mouet. **C** Primo, quia primum mouens posteriora mouet, non autem posteriora primum. **C** Secundo, quia posteriora sine primo (vt a quo vim suam mouendi recipiat) mouere non possunt, primum autem sine posterioribus mouere potest. Est igitur manifestum primum mouens posterioribus magis mouere. **C** Secunda. datis mouentibus quibuscumque, necesse est ad aliquid primum decumbere in quo fiat status. **C** Nam aut decumbitur ad primum, aut procedit in infinitum. Non infinitum non est primum. At vero in infinitum procedere impossibile est, decumbitur igitur ad primum, quod quidem cum non amplius ab alio mouetur (quia primum) in eo statut. **C** Tertia. primum mouens aut immobile perfeuerat, aut a seipso mouetur. **C** Omne enim quod mouet, aut moueri aut non moueris necesse est. Si non mouetur, immobile. Si autem mouetur, aut a se ab alio mouetur oportet, non ab alio, nam (vt dictum est) primum non esset. Relinquit igitur a se mouetur. **C** Quarta. primum mouens immobile est. **C** Quia quod mouetur, aut p se mouet, aut p accidens. Si diccas p accidens, neque idcirco moueri oportet. Et si secundum accidens moueret, non esset necessarie moueri, quare neque aliquid alterum. hoc autem falsum. Non motum semper esse oportere, prius construendum est. Si das primum p se moueris, neque hoc quidem. Primo, nam quod p se mouetur, ab alio moueri primum stratum est, erit igitur mouens & non motu neque ab se neque ab alio. Nec immixto aliquid tale existit quod mouet & non mouet. Quia cum in aliquo coniuncta reperiuntur, & unum ab altero sciunctum repetiatur, & alterum ab altero. Mouere autem & moueri simul coniuncta reperiuntur in baculo, & moueri sciunctum a mouere, vt in lapide. Merito igitur innuenitur & mouere sciunctum a moueri. quare hec tria erunt, mouens tantum, mouens & motum simul, & motum tantum. Hanc ob causam intellectum Anaxagoras posuit immobile & separatum, qui fons, origo, principiumque motuum effectuum esset, & genibus omnibus praeceps. Secundo, quia aut eodem motu se moueret & moueretur, vt auges augeretur, minuens insinueretur, calefacies calefieret, doces doceret, sanans sanaretur, ferens ferretur, quo nihil ineptius. Aut also motu mouet & also mouetur. Sed quomodo augmetans alteratur, aut alterans fertur in omnibus sed alterum moueret & augmentaret, & ipsum quoque ab altero moueret, vt ab alterante & ferente, & hoc abioret in infinitum. Nec valet diccas moueris vsq; ad aliquam, & deinde reflecti & reciprocari. Non oportet ipsum a superiore alterante & ferente alterari & ferrari. Priora enim a posterioribus non mouentur. Et cum illud superius atque primum mouens hoc pacto iterum moueret, abiretur in infinitum. Est igitur primum mouens immobile. Tertio, quia omne motuum est mobile, vt omne sanans sanabile, & edificare edificabile, hoc autem irrationalib; **C** Quarto, cōcessum est mobile, partibile esse oportere. Si igitur primum mouens moueat a se (nam ab alio non mouebitur, quia primum non esset) aut totum mouebit totum, aut totum partem, aut pars totum, aut pars partis. Non totum mouebit totum, Nam aut hoc esset (vt praeostensum est) secundum eumdem motum, & tunc idem sanaret & sanaretur, doceret & doceretur, ferret & ferretur, & ita in singulis, aut secundum unum moueret, & secundum alterum moueretur, quod etiam esse non posse monstratum est, hoc enim abioret in infinitum. Item quod mouet, est actus; quod mouetur, est in potentia. Si igitur totum a seipso toto moueret, eodem respectu & actu & potentia esse diceretur. Est enim quod mouet actu tale: quale mobile potentia est, vt quod generat, actu specie habet, & quod calefacit actu calidum est, & hoc ubi mutatio uniuoca est. Et ita idem & secundum idem erit calidum & non calidum, & ita in ceteris. Neque totum, partem mouebit, nam si totum parte moueret, parte haberet immotam & alteram motam, quare pars immota potius dicenda, assereendas est primum mouens & non totum. & pars mota a seipso moueretur, nam a toto, quod nup tantopere esse non posse monstratum est. Neque pars parte eadem ratione. Quod si diccas partes illas vim mouendi reciprocum habere & contra pati, vt quemadmodum vina alteram moueat, ita & ecōtra fiat. hoc nihil profit. Primo, sibi nihil primum mouens, ut quoque quodlibet ab altero moueat, & quoque nullum prius ratione mouendi potius habeat quod sequens & posterius. Secundo, quia primum mouens non contingit moueri nisi a seipso cons-

tingat, ab altero igitur quocunque mouebitur secundum accidentem, quare & bene i mobile permanet. Tertio, non necesse est mouens cum mouet contra moueri, alioquin & calefaciens semper calefit, & sanans sanatur, & ita de similibus plurimis, quod aliquando prius pro absconis adducta sunt. Sed primum mouens (vt seipsum dictum est) aut immobile perfeuerat, aut a seipso mouetur. Neque pars totum mouebit. Nam pars caput primum mouens descendat esset, atque in eum relabetur errorum ut eam ab se moueri coedere cogatur. **C** Quinta conclusio. Necesse est seipsum mouens constitutum esse ex parte mouente immobile, & parte mota non mouete. **C** Nam quicquid mouetur, ab alio moueri necesse est, erit igitur aliquid ipsius seipsum mouentis, & non ipsum totum mouens, quod mouebit. & cum se non moueat (moueretur enim non ab alio) mouebit alterum, quod quidem non se mouebit, neque prius acceptum mouens contra mouebit, propter ea (que superius adducta sunt) in modo. Erat igitur aliquid ipsius seipsum mouentis & pars aliqua mouens immobile, & aliqua mota quidem & non mouens. Et non modo haec requiruntur, sed & sufficiunt evidenter. Esto enim a mouens immobile b motum non mouens, c mouens & motum, mouens quidem b, & motum ab a. ex quibus intelligo a b c compositum, seipsum & completum mouens. Si subtrahis c: restum cōpositum a b seipsum mouet. Nam a mouebit b mobile. Non modo igitur requiruntur huiusmodi mouens & motum, sed & ea ut aliquid se mouere dicatur, sufficiunt: & sunt ut contactum habentia, alterum in altero diversum, distinctumque situm non habentia, & ex ipsis cōstitutū seipsum mouens dicitur, non quidem quia ipsum totum se moueat, & ipsum a seipso toto moueat, sed quia intra se aliquid mouens & aliquid ab eo motum habeat, quod contactu & situ indistincta, indistinctaque sunt. **C** Sed dubitabis an diuisis a b, pars residua a moueat residuum partē b. **C** Nihil prohibet sic esse, si pars residua ad residuum partem eandem vim, mouendip proportionem seruet, quam & totum ad totum. Si non, nihil incommodi residuum non mouere residuum.

**C** Notarum quinti capituli declaratio.

**C** Quia cum igni supponitur, acquirit caliditatem sicut natura est, & specie cum calore ignis, ergo illa calefacio, uniuoca dicitur. **C** Quid mutationem autem mobile acquirit aliquam dispositionem, & ei similius specie non incutitur in mouente, illa est mutatio equiuoca, ut aer sucti uniuoca. **C** Sit caliditatem a sole est, tamen in sole non est caliditas, itaq; illa calefacio, equiuoca est. **C** Res naturalis cum mouetur naturaliter. **C** Quid equiuoter dicuntur mouens complecti (mouens quidem ratione forme sue) & completum quia est subtilitas composta & ab intrinseco motu, ea, quia mouetur a sua forma que est in ipso, ut lapis deorsum motus;

**C** Venti capituli diuisio. **C** Mouentium physicorum quoddam est mouens solus, quod alia mouet sed non mouetur, ut forma. Mouendum est.

**C** Substantialis rerum naturalium. Et illud primum mouens dicitur. Alterum autem est mouens & motu quod aliud mouet est usque ad alio mouetur, ut calor ignis mouet aquam & mouetur ab igne, & similiter res naturalis. Et mouentium motorum quoddam est prius mouentis propinquius, inter quod est primum mouens pauciora intercipiuntur mouentia media. Quoddam uero a primo mouente remotius, inter quod est primum mouens plura intercipiuntur media. Vi si homo a nullo mouetur (id enim non simpliciter, sed ex hypothesi exemplum est) & moueat manum, manus autem mouet baculum, & baculus lapidem, homo esset primum mouens, & manus & baculus esset posteriora mouentia sine mouentia & mota, manus quidem propinquius, baculus uero remotius. **C** Prima conclusio. Primum mouens physicum magis mouet quod posterius, ut forma substantialis magis quam instrumenta sua accidentalia.

**C** Primo, quia primum mouens/posteriora mouet, posteriora autem non mouet primum, cum ipsum a nullo mouatur. igitur primum magis mouet quod posterius. **C** Secundo, quia primum mouens posterioribus uim mouendi communicat, & posteriora a primo uim mouendi recipiunt. Et quia primum mouet, posteriora mouent, igitur primum mouens magis mouet quod posterius. Nam cum propter aliud mouero, alterum mouet, id propter quod alterum mouet, magis mouet. Hinc altera sumitur ratio. posteriora sine primo mouere non possunt, ut neque color sine lumine uideri, neque scientia sine anima potest considerare. Primum autem mouens physicum sine posterioribus mouere potest, ut aqua forma non adiuta frigiditate reducit aquam ad frigiditatem, perinde atque lumen sine colore potest uideri. **C** At sine scientia considerare cum nondum scientiam affectu sit, igitur. **C** Secunda conclusio. datis mouentibus quotque secundum certam in mouentibus seriem dispositis, necesse est ad primum mouens physicum devenire. **C** Quia aut peruenientur ad primum mouens, aut procedunt in ipsa physica in infinitum. Eorum enim quod multitudine infinita sunt, primum dari non potest. Sed in mouentibus procedere in infinitum est impossibile, cum finitus sine fine impossibile sit esse infinita acta reum infinitudine, ut superior probatum est in tertio libro. igitur peruenientur ad unum primum mouens physicum. **C** Tertia conclusio. Primum mouens physicum aut immobile est, aut a seipso mouetur. **C** Patet, quia quicquid mouet posse, aut mouetur aut non mouetur. At primum mouens mouet, igitur primum mouens mouetur aut non mouetur. Si primum mouens non mouetur, ergo ipsum est immobile, quod est propositi pars altera. Si uero primum mouens mouetur, aut mouetur a se aut ab altero. At primum mouens non mouetur ab altero, quia tunc non est primum mouens. Et enim primum mouens quod cum mouet, ab altero non mouetur, igitur primum mouens a se moueretur, quod est propositi altera pars. **C** Quarta conclusio. Primum mouens, immobile est. **C** De mouente physico (sic et cetera totius capituli dicta) id intelligendum est. Nam quicquid mouetur, aut mouetur a se aut p accidens. Itaque, primi mouens si mouetur, aut per se mouetur aut p accidens. Si mouetur p accidens, non idcirco sequitur ipsum moueri. Quamvis enim forma substantialis lapidis p accidens moueat ad motum lapidis, non tamē idcirco admittendū est quod forma substantialis lapidis mouatur. **C** Quod p accidens est tale, non est simpliciter tale. Et si primum mouens non mouetur cum sit natū moueri, nullum aliorū mouentium moueretur secundū eos contra quos agit philosophus, qui dicunt oīa alia ad motum primi mouentis moueri. At nihil omnino moueri falsum est, cum superior probatum sit motus aliquis ut universi semper esse debere. Non autem potest semper esse motus sine mobili, quare ut semper aliquid mouatur necesse est, igitur primum mouens est immobile. **C** Neque primum mouens p se mouetur, ab alio mouetur, aut primum mouens non mouetur ab alio, nam tunc primū non est, igitur primū mouens non mouetur per se.

Quomodo mo. Et recte quidem tale aliud natura existit quod mouet & non mouetur. Quia si aliqua dico abhincem distinctam in aliquo subiecto uens & motu coniuncta inueniantur, & primū in aliquo sine secundo reperiatur, secundum in aliquo etiā subiecto inuenietur sine primo. ut ea adiuvicē cōmū lidū & siccum in aliquo cōdūt igne inuenientur cōinuncta, & calidū sine fisco inuenitur in aere, quare & sicū sine calido in alio. Ita & sicut quo ut terra inuenitur. Sed mouere & moueri in aliquo eodē ut re naturali inueniuntur. Et moueri inuenitur scīnēlū a mouere in etiā inueniū materia. Rerum enim naturaliū potentia mouetur & nō mouet, igitur & mouere inuenitur scīnēlū a moueri ut in formis substantiis. Dicitū aut̄ est illa rē ipsa esse debere distincta, nā si sola ratione distinguatur ut unum rationē habeat comūnūtorem & alterū minus comūnū, sic secundū p̄stipponat primū, nō id oportet quod hic dicitur. Ut vegetatiū & sensitiū inueniuntur cōinuncta in animali. & vegetatiū separati a sensitiū in plantis, nā tamē idcirco sensitiū sine vegetatiū inuenias. Nā omni sensitiū est vegetatiū, sensitiū enim & vegetatiū sola ratione differunt sicut homo & animal. Et quis rē ipsa differtantur secundū p̄stipponat primū & ipsum includat ut sensatio vegetatiū, nō oportet utrūq; ab altero separati inueniri. Inueniuntur itaq; hec tria in hoc mūdo sensibili, mouens tantū ut forma, mouens & motum simul ut totum cōpositū, & motum tantū ut materia. Prinde Anaxagoras diuinū intellectū posuit immobile & omnis mutationis expertem, qui primū esset mouens & mouendi uim rebus omnibus comunicaret. Secundo quia si primū mouens p̄ se moueretur, aut eodem genere motus se moueret & moueretur, ut augens augeretur / minuens minueretur, alterans alteraretur, & secundū locū mouens loco moueretur. Id aut̄ manifestū est inconveniens, quia tunc calefaciens caleferet, & sanans sanaretur, immo aliq; a seipso moueretur. Aut alio motus genere mouet & alio mouetur, ut augementās alteraretur, aut alterans secundū locum moueretur. Sed hoc non, quia si primū mouens auget, ergo aliq; auget, & non seipsum, ga tunc eodē modo moueret & moueretur, quod est contra hypothesis, ergo mouet alterū quod augeretur. Et cū primū mouens (quod sit a) alteretur, ergo ab aliquo alteratur, & non a seipso: ga tunc idem eodem modo moueret & moueretur, ut alterans alteraretur, ergo alteraretur ab altero ut b. Et cum eadem ratione mouebit & mouetur, & nō eodē motu, neq; a se moeat, igit̄ ab altero mouebit ut c. Et c ab altero ut d, & sic erit processus in infinitum. Nec ualeat solutio q; primū mouens mouetur usq; ad aliqua mobilia, & deinde a posterioribus iterum fit reflexio ad priora, & hoc p̄tēt non fit processus in infinitum, ut a mouebitur ab ipso b, & b a & sic consequenter erit mobilia d/e/f, sed deinde ab f fit reflexio ad c/d/b/a. Quia si primū mouens mouetur: non mouebitur a mouente posteriore. Nam posteriora nō mouent priora, neq; priora nata sunt a posterioribus moueri, igitur primū mouens mouebitur a priore mouente, & illud prius iterum ab altero priore, & ita in infinitum, ut nūq; dari posuit primū mouens, quod est contra secundam conclusionē. Tertio, quia si primū mouens a se moueat, omne motuum esset mobile. Nā cum primū motuum sit mobile, multo fortius & posteriora motua erūt mobilia, quare omne motuum esset mobile, ut omne calefaciens calefactibile, & sic aīa rationalis nō posset in corpore caliditatem producere quin etiam caleferet, neq; sol, calidū, & aīra. Id aut̄ inconveniens, quia tunc nullū esset mouens tantū. Quadrinēbris partitio. Quarto, omne mobile in partes secundum dimensionē sumptas (quas integrales dicunt) est partibile, si igitur primū mouens p̄ se moueretur, cū id a se esset (nā si ab aliō moueretur, nō esset primū mouens) aut totum moueret totum, aut totū partem, aut pars totum, aut pars parti. Non primū, scilicet totū mouebit totū, quia aut hoc esset secundū eandē motus specie, & sic omne sanaretur, docens doceretur: & ita in alijs, quod monstratū est esse inconveniens. Aut secundū unā motus speciem moueret, & secundū alterā moueretur: ut augens alteraretur, aut alterans ferretur. Et hoc etiā esse non posse monstratum est, quia tūc in mouentib; procederetur in infinitū: neq; unq; deueniretur ad primū mouens, quod est secundā conclusionē oppositū. Præterea in mutationib; unū aīcū quod mouet, est actuū tale / qualē in mobili dispositionē producit. Et quod mouetur est potētia tale quale mouens est actuū, ut calefaciens est actuū calidū, & quod mouetur ad caliditatem non est adhuc calidū, sed potētia esse. Ita frigefaciens est actuū frigidū, & quod frigescit nōdū frigidū est, sed potētia esse. Ergo si totū mouet totum, quatenus inquies / est actuū & quod mouetur / est potētia & non actuū. Idē ergo simūl erit actuū & non erit actuū, ut si totum calefecit totū, quia calefaciens / est calidū, & quia idem simūl ipsum nō est calidū, sed potētia esse. Idē ergo simūl est calidū & nō calidū. Nec totum mouebit partē quod est secundū. Nā si totum moueret partem solum, ipsū haberet unā partem immotam ut a, & alterā motam ut b. Si enim nullā partē haberet immotam, totum moueret totum, ergo pars immota a potius esset dicenda primū mouens. Cuius enim nōbūl mouestrū magis ad primū mouentis accedit rationē / quācūs aliquid mouet & aliquid non. At partis a nōbūl mouetur; ipsū autem a b totius una pars scilicet b / mouetur: potius igit̄ pars a esset dicenda primū mouens q; totum a b. Præterea cum totū p̄ hypothesis moueat partem, q̄libet pars totū mouebit partē b motā (Si enim aliqua sit pars totū q; partem a nō mouerit, igit̄ neq; totum partē mouebit) & pars b est pars totū mouentis a b, igit̄ pars b seipsum mouebit, & pars mota a seipso moueretur: quod prius esse non posse ostenditū est. Neq; una pars alterā partem mouebit quod est tertū, q; tunc pars mouēt potius dicenda esset primū mouens q; totū: cuius hoc quidē mouetur: hoc uero manet immotū, quare totū nō esset primū mouens: quod est hypothesis oppositū. Nec ualeat solutio q; partes illae habent uim mouēt reciprocā, ut sicut a mouet b: ita b mouet a. Primo, q; tūc nulla partē esset primū mouens / cū quācūt ab alterā moueretur, neq; postorē esset ratio cur a esset primū mouens q; b: utrūq; & moueret & moueretur. Secundo q; primū mouēt nō potēt moueri nisi a seipso p̄ se, igit̄ si ab altero moueat: id solū erit per accidēs, ex quo non sequitur ipsum moueri. Nā p̄ accidēs moueri impetratē est ad moueri, cū neq; sequatur neq; repugnet. Nō enim sequitur / mouetur p̄ accidēs ergo mouetur ut de sedente in naui: neq; sequitur / mouetur p̄ accidēs ergo nō mouetur: ut de ambulāte in naui motu opp̄fito ad motū nauis. Tertio, q; nō oportet omne mouens cū mouet itidē moueretur omne calefaciens caleferi / & frigefaciens frigeferi. Alioquin id secundū eandē motus speciem moueret & moueretur: quod est inconveniens prius addūctū. Neq; pars mouebit totum quod est quartū / ut pars a / totum a b. Nam tunc illa pars a (cuius nōbūl mouetur; sed que solum mouet) potius dicenda esset primū mouens q; totum a b, cūcūs aliquid mouet & aliquid mouetur. Et quia pars a mouet totum a b, ergo mouet quamlibet eius partem secundum dimensionē sumptam. At a una est partium eius secundum quantitatem sumptarum, ergo pars a seipsum moueret: quod est impossibile, igit̄ primū mouens est per se immobile. Quinta conclusio. Omne seipsum mouens atq; corpus naturale componitur ex parte substanciali mouente immobili scilicet forma substanciali & primo actu, & ex

Caulationis  
solutio.

Rō dicens ad  
impossibile.

Caulationis  
solutio.

b  
a  
c

26 parte non mouente scilicet materia & rerū naturaliū potētia. ¶ Nā quicquid mouetur, ab alio mouetur. At omne seipsum mouēt mouetur p̄ definitionē / igit̄ ab alio mouetur & qđē intrinsecō. Nō igit̄ totū mouens / seipsum mouebit, sed una eius pars ut pote forma totū mouebit, & illa nō contra mouebitur. Non enim a seipso ut notum est, neq; a totū, q; tūc est reciproca mutatio. Enam tunc a seipso moueretur. Neq; pars mouens mouebitur ab alterā parte, nā ipsa pars mouēt / alterā partē mouet, nō igit̄ ab ea mouetur, ergo pars illa mouens est immobile. Et cū prædicta pars mouēt nō moueat seipsum (aliogūn aliquid a seipso mouetur, quod est inconveniens) mouebit partē alterā scilicet materia. Et illa pars mota / seipsum nō mouebit ut nō est, neq; mouebit totū, nā tunc seipsum moueret, neq; mouebit primā partē scilicet formā. Alioquin inter eas partes esset reciproca mutatio, qđē est inconveniens, ergo illa pars nō mouēt. Igit̄ ea inslibet rei naturalis seipsum mouēt una pars est mouens immobile, & alterā est mota non mouēt. ¶ Et prædicta pars nō solū requirunt ut quicq; seipsum moueat, sed etiā sufficiunt. Nā sit a mouens immobile & forma substancialis, b motū nō mouens & materia. C. nero mouens & motū, ut manus in homine aut ala in ave. Ex quibus intelligatur a b cōpositū corpus naturale seipsum mouēt. Si auferatur a / forma substancialis, residuum b cū nō est mouens, nam a primū est mouens, cū nero posterius. Modo posterius mouēt nō mouet sine priori. Et si subtrahatur c posterius mouēt, reliquū a b Partē mouēt est seipsum mouens. Nā a primū mouens mouet b mobile absq; c posteriore mouente, igit̄ pars mouens immobile & pars mota & motū suū nō mouens sufficiunt ut aliq; dicitur seipsum mouēt. Et sunt hec duo sibiūtē proxima & immediata ut contactū habētia, & siccere ut totū extra se diuersum sitū non habentia, quia unū in altero est scilicet forma in materia. Ex ipsiis aut̄ cōpositū dicitur seipsum mouēt, moueat, non q; totū moueat totū, & a seipso toto moueat, sed q; totū habet in se unā partē mouēt, & alterā a prima motū. ¶ Posset aut̄ aliq; querere an toto cōpositū in duas partes integrāles diuisio ut colubri in duas mediatates, quarum utraq; habeat ali q; quid a, & aliq; b, utrū primā partis a mouēt suū b, & secundā partis a itidē suū b. ¶ Respondet philosophus q; si pars resi Responsio, dūa mouens ad partē suā mota eadē habet proportionē / quā totā forma ad totā materiā, eque mouebit facta diuisio atq; prius. Nam eidem existēt uirtutis mouētis ad mobile proportionē, consimiles sunt motus. ut mediū colubri forma suā mouet materiā, scut q; totū colubri. Cū aut̄ partis separate forma ad materiā non eandem seruat proportionē quam totā forma ad totā materiā, non oportet residuum mouere residuum. Neq; intelligendum est q; totā forma separetur a materia, quia neq; forma nātūra potēt sine materia subsistere, neq; materia sine forma.

Sexti capiū note.

¶ Simpliciter immobilia, quā neq; per se, neq; per accidentē moueri nata sunt.  
Ex tum cap. continet tres cōclūsiones. tres rationes ad primā. & tres ad secundā.  
¶ Prima conclusio. Quoddam esse mouens immobile, ab omni mutationē alie-  
num & per se & per accidentē, aliorū motū, & perpetū & eternū necessē est.  
¶ Primo. quia semper motū esse oportet, & nunq; vt dictum est deficeret. Est  
igit̄ primū mouens immobile, perpetuum atq; eternū, quod huiusmodi  
motus causa sit. Et q̄rere an quicquid fuerit eternū / moueat tantum & nō mo-  
ueatur, non est præsentis attinens rationē, & an tantum vnu an plura sint mouen-  
tia simpliciter immobilia / perpetua atq; eterna, sed de his in sequētibus. ¶ Secundū  
do. mouentū immobilitū quādam sunt quā quandoq; sunt & quandoq; non  
& quā per accidentē mouentur, vt animaliū & aliarū sensibilium rerum motrices formē. At sic nō omi-  
ne mouens esse potest, & causam aliquam eorum (quā hunc in modū aliquādo sunt & aliquādo nō sunt)  
esse oportet, quā non aliquando sit & aliquando non sit, sed quā eterna, aliarū princeps & vetum prī-  
cipiū existat. Hęc autem quicquid fuerit, primū mouens immobile ab omni mutationē alienum &  
& per se & p̄ accidentē, perenne atq; eternū erit. ¶ Nec valet si quis dixerit ipsum primū mouens (quod mu-  
tationē & mouentū deficientium statutū causa) impartibile esse, quod tamētī non generetur, cor-  
trumpatur, aut mutetur: quia tamen impartibile, sine mutationē accidet ipsum aliquando esse & aliquan-  
do non esse. ¶ Concedimus ipsum neq; generari / neq; corrupti, neq; alia qualibet mutationē affici. Nā  
omne seipsum mouens / molem habere necesse est & esse partibile. & ipsum primū mouens molis & di-  
uisibilitatis expers est, sed idcirco nō concedā ipsum sine mutationē aliquando esse & aliquādo nō esse,  
neq; necessitas vla est, quā potius oppositū constat. Nam quomodo omnium quā aliquādo sunt & ali-  
quando non sunt, causa esset? ¶ Tertio, vidēmus alia generari & alia corrūpi, & hoc continue. At perpe-  
tuā hęc rerum series & cōtinuatio huiusmodi, principiū habet stabile & eternū. Nam principiū (quā  
cum ipsiis vna orfūntur, atq; vna cum ipsiis occidunt) huiusmodi eternē seriei causa esse nō possūt, sed (vt  
diximus) causa extra hęc omnia est, perpetua, semper stabilis & eterna, omnū rerū causa. ¶ Secunda cō-  
clusio. id primū mouens semper immobile perseverās & eternū, vnu est. ¶ Primo. quia vnu est pri-  
mus motus, cōtinuus & eternus. Is igit̄ quā & eum intēperat motor, primus est, vnu, & eternus. Et sa-  
tiū quidē est hoc pacto existimare vnu primū naturē principē. In natura enim melius respicimus esse fi-  
nitū, & plurib; finitū melius vnu, si ipsum satis, sufficiētē fieri. Est igit̄ id primū mouēt semper im-  
mobile & eternū, vnu. ¶ Secundo. motus diuersi nō sunt cōtinui & si consequentes. At si nūc mo-  
uētis vnu, primū motū esset & aliquādo mouens alterū, motus essent diuersi, solū consequentes &  
& non cōtinui. Erit enim vnu cōtinuus, quādo ab uno mouēt, & vnu naturē motus fieri. igit̄ cū pri-  
mus motus vnu sit cōtinuus & eternus, & primū cūcūs mouens vnu erit & eternū. ¶ Tertio. quia  
cum nō oīa semper moueantur, neq; oīa semper quiescant, verū aliq; aliquādo mouēt & quandoq;  
quiescat: vt habētia ad vnuq; potentia, & aliq; semper mouēt, & quicquid mouēt, ab alio mouēt.

fit necesse, tandem deuenemus ad unum primum motus immobile, quod quidem neque a se neque ab alio mouebitur, & quod primo motu aptabitur, & futurum aliis motibus causa. Nec animalia eos (qui motum perennem & perpetuum esse negant) mouere voluntatis debet, qd se ex summa quiete videtur seipso in motum excitare. Nam id prius diximus verum non esse, sed solum esse unum motum (vt quod secundum locum est) quo anima sponte sua & a seipso mouetur. Ceteros autem augmentum, decrementum, alterationem, spirationem & huiusmodi non a se & sua sponte exercet, sed modo naturali, vt presente cibo non nutritur & augeri non possunt, etiam si velint, & talibus motibus mouetur quod quiescunt ab eo, quo ea a seipso moueri dicuntur, & is plane continuus non est. Nam interdum dormiunt anima, dum coquuntur, digeruntur & alimentum. & tunc a motu illo quiescunt, quo quidem alimento digesto & disperso, expurgantur & surgunt, & se ab his quod extra sunt excedunt ad mouendum. Et oīm talium quod a seipso mouetur, primum motus mouetur, & sibi ipsi causa mouendi est, p accidens tamen. Nam minime corpore locum, & quod in eo est principium mouendi, locum (saltē secundum accidens) mutare necesse est. Quare fit ut si immortalis, aeternusque (vt dictum est) haberi debeat motus, unum sit primum motus omnino immobile. ¶ Tertia. Si primum mouens immortale, sempiternumque habetur, & quod primo ab eo mouetur immortale, sempiternumque haberi necesse est. ¶ Na si sempiternum non esset, sed aliud & aliud mobile agitaret fieri non posset, vt eius motus unus & continuus esset, cu mobile non esset unum, sic enim primum illud ac summum semper sui simile manet, eodem motu mouebit, & ab eo immobile motum, alia mouebit, qd ad loca contraria & ad diuersas species & formas mouens, variis ad ea se habebit, nunc ad quiescentes, nunc ad motum, genitum, corruptum, unde iterum perspecta habetur causa cur non omnia semper mouentur, nec oīa semper quiescat, sed aliqua semper mouentur, vt que mouantur a primo simpliciter. Est enim semper idem & sui simile continuo manens & primum quod ab eo immobile mouetur, & quedam mouentur a principio non simpliciter immobili sed moto, & propter id aliquando mouentur & aliquando quiescent.

¶ Notarum sexti capituli declaratio.

Quod dicuntur simpliciter immobilia dicuntur entia supremundana & felicissima omnino a motu separata; quae neque per se vi materiae substantiae completae neque per accidentem (vt forma rerum naturalium) moueri nata sunt, sed in eodem statu fixa permanent.

**S**exti capituli prima conclusio. ¶ Quoddam est mouens simpliciter immobile & aeternum. ¶ Primo, quia semper est motus, & non desistens, vt in principio presentis libri ostensus est. At ppetui motus principium motus, perpetuum esse necesse est, rigitur quoddam est mouens simpliciter immobile & aeternum. Vtrum autem quod aeternum est solum moueat, & an unum duntaxat sit mouens simpliciter immobile, an sint plura: non huius discipline, sed metaphysica est negotium. ¶ Secundo, mouentum immobile quodam aliquando sunt & aliquando non sunt: vi formae substantiales rerum naturalium, quae est si non per se, tamen per accidentem mouentur. At non sic oīa motus esse potest caducum & corruptibile, sed oportet eorum mouentum immobile quodam aliquando sunt & aliquando non sunt, esse aliquā causam primā, subtilē & aeternā: punde atque luminis emanandi in primo minuto produci, & alterius in secundo, & alterius in tertio; aliqua est causa fixa seipscit lux, ita sane corum quodam fluit in hoc mundo oportet aliquā causam esse permanenter. At illa erit primum mouens simpliciter immobile & aeternum: igitur quoddam est mouens simpliciter immobile & aeternum.

¶ Neque valet obiectio qua quis dicat, primum motus simpliciter, secundum magnitudinem esse indivisiabile. Et ergo quodam non generatur neque corruptatur, aut alia mutatione physica mouetur, qd tamē improprio est, sine mutatione physica aliquando quidem erit & aliquando non erit: sicut pūcta momenta, & mūc. ¶ Responsio. Conceditur ipsum primum motus secundum quantitatē esse impartibile, vt etiam in fine presentis libri ostendetur. Conceditur praeterea ipsum nulla mutatione physica moueri. Sed negatur, quia impartibile est, idcirco ipsum aliquando esse & aliquando non esse sine mutatione: non enim oportet quod secundum motum impartibile est, ipsum aliquando esse debere & aliquando non esse, ita aliquod impartibile debet semper esse: vt id quod prima omnia est causa: nam ipsum aliquando est & aliquando non est, non posset esse prima causa omnia que aliquando sunt & aliquando non sunt: cum non est causa corum quae existent ipsi non existent. Siquidē non est causa. ¶ Tertio. Corpora naturalia sensu cognoscantur generari & corrupti per perpetua successione. At perpetua haec rerum ordinatio est uniformis series, principium efficiens habere debet primā & perpetuā. Nam rerum naturalium substantiales forme quae simul cum rebus naturalibus acquiruntur & deprenduntur, non possunt huiusmodi ppetuae successionis esse causa, sed solum efficiens transmutationes quodam sunt, sed praeterea haec generabilitate & corruptibilitate, alia querenda est causa appetua & immortali, & illa est mouens simpliciter immobile & aeternum. ¶ Secunda conclusio. Id primum motus aeternum, unum est. ¶ Primo, quia unum est primum motus continuus & aeternus, vt prius probatum est, sicut etius motus est unum. Si enim unius posterioris siue imaginis conuenit, multo magis prior est exemplari conuenire debet. Et veritati conformius est ponere unum primum naturae principium & moderatorē. In naturae enim ordinatio melius conspicimus esse finitum & infinitum: immo a tota natura infinitum magis tamen multius inveniuntur exclusum est. Et primum motus cum a digniori nomine sortiri debet, non infinitum dicitur quod ratione habet materiam & imperfectionem, sed summe est immensum finitum, nam non est finitum forma conuenit. In natura etiam conspicimus pluribus finitis melius esse unum, si igitur sufficiens fuerit: vt in omni re naturali una duntaxat formam substantiale conspicimus, effectuā earum operationum quod rei naturali proprie sit. Et quodlibet earum summi rerum omnium opificis imitatio unita sit. Si igitur in imagine unitate inveniamus, quid in veritate nisi summa unitate invenire possumus? Et si una forma substantialis sufficit per se ad efficiendas rei naturalis operationes, est primum motus aeternus per se sufficiens, immo per se sufficientissimum est. Et si plures ponantur rerum principes, aut unus est ociosus, aut videretur impotens. ¶ Secundo, Diuersorum specie mouentium motus sunt specie diversi. At motus diversi non sunt continuos, quibus possent esse consequentes: sicut si plura sunt prima mouentia, primus motus non erit unius, nec continuus, quod est inconveniens. Et ut motus continuus sit, oportet ipsum ab uno mouente & in uno naturae fieri, cum a

Obiectio:

Solutio:

diversis mouentibus ut igne & aqua diversa sunt operationes calefactio & frigescacio. Sed primum motus continuus est, fit in uno mouente primo. ¶ Tertio. Non oīa semper mouentur, nec oīa semper quiescent, ut prius ostensus est, sed aliqua aliquando mouentur, ut res naturales ad utrumque habentes inclinationem & aptitudinem. Aliqua vero semper mouentur ut corpora celestia. Et quicquid mouentur, ab alio mouetur, ut prius dicitur est, neque potest esse in infinitum processus. Hic enim repugnat naturae ordinationi, nam ubi infinitum, illuc nullus potest esse ordo. ergo necesse est tandem deuenire ad unum primum mouens simpliciter immobile ipsum primi motus effectum. ¶ Et quod anima sit ex alienius motu summa quiete in motum excitat & moueri incepit, idcirco tamē non oportet credere ipsum primū motū incepisse. Nam anima solūmodo motū secundū locū (quo a seipso mouetur) post quietem incipiunt cui in analogia non respondet motus celestis, cum hic a virtute indefatigabili fiat in celo, illa vero a virtute fatigabili fiat in australibus. Hic continuus fit & sine interruptione, illa vero in australibus non fit continuus, sed a seipsumero interruptione per quietem. Sed motus celestis respondet in analogia motui vitali anima scilicet nutritioni, qd fit a potentia vegetatrice indefatigabili & continuo mouente sine interruptione. Et sicut eo motu anima post quietem non ceperunt moueri, sed adiu sunt mouentur, ita neque motus est in unū incepit. Sed bac analogia deceptus est Aristoteles, nam nutritio fit a mouente naturali quod ppetere cibo & alimento non potest, non mouere. Motus autem certi fit a mouente voluntario, quod cum uult moueri, cum uult definit mouere. Animam autem motibus nutritio duplices esse est, digestio & alimento mouentur quodammodo quodammodo, ut cum somno soluta sunt. Et iste motus lo. australis motus, non est digestio alimento mouentur quodammodo quodammodo, ut cum vigilia fieri ordinavit natura, ne motus exteriores quibus anima in vigilia mouetur impedit motus interiores nutritionis. Et cum dormiunt anima, ab illo motu secundū locū quiescent, alimento autem digestio & disperguntur australi ut iterum cibū capiat, ut liber de somno in vigilia clarus ostendet. Et ab his rebus quod extra australia sunt sepe australia ad mouendum excitatur, ut equus esurientis ab avena quam uidet & sitiens a fonte, ut tertius de aia latius elucidabit. Et australium quod a seipso mouentur primum mouens scilicet forma anima est mouentur sed p accidens, ut forma equi/quo ambulat/et anima aves, ipse uolante. Nam cū tonum corpus naturale mouetur, & forma substancialis primum mouendi principiū in eo existit, etiam (licet p accidens) mouetur. ¶ Tertia conclusio. Cum primum mouens immortale sit & aeternum, necesse est primum mobile unum esse pariter & aeternum. ¶ Nam si primum mobile non esset aeternum, sed primum mouens modo unum mobile primo motu moueret & modo aliud, primus motus non esset unus & continuus. Nam ad motum continuum requiritur mobile numero unum. Cum itaq. motus primus unus sit & continuus & aeternus, necesse est ipsum primum mobile esse unum & aeternum. Et sic primum motus semper id est stabile eodem & regulari modo mouebit, & primum mobile ab eo motum alia inferiora mobilia mouebit, qd quidem inferiora mobilia cum primum mobile ad loca contraria & ad diuersas formas moueat, diverso modo ad illa se habet, aliquando quidem ut ad quiescentia, aliquando ut ad motus interdum ut ad genita, interdum uero ut ad corrupta. Unde iterum cognoscitur causa quare non oīa semper mouentur / nec oīa semper quiescent, sed aliquā semper mouentur ut corpora celestia qd mouentur a primo mouente simpliciter immobile, quod primum motus est semper id est immutabile, consimiliterque, mouens, & primum mobile quod ab eo immediate mouetur, semperne mouetur, eodem modo, & regulariter. Alia vero mouentur a principio mouendi non simpliciter immobili sed moto, ut inferiora quae diriguntur a superioribus & celestibus, & propter haec aliquando mouentur & aliquando quiescent.

¶ Septimi capituli note.

¶ Concretio, congregatio. ¶ Secretio, disgregatio. Optimum cap. continet tres conclusiones, & quatuor rationes ad secundā. ¶ Prima conclusio. nullus motus preter motū secundū locum unius continuitus, & ceterus esse potest. ¶ Manifestū est enim esse unum motū primum, qui (qua primum motus semper continuo mouet/continuitus erit & ceterus, sed est esse motū secundū locum hinc sumitur argumentum. Quia angmetatio contraria cōtinuitur, nā aliam primumque augmetatio perficiatur, cōplementumque sit assecuta, dissimile & contrarium est. Ita & diminutio & alteratio, & vt sit alteratio alterante egemus, quod nunc prop̄spūtūs nunc vero remotus existit. Cū itaq. secundū tria sint motus, qualitatē augmetatio/diminutio, qualitatē alteratio: & vbi motus secundū locū, qui & loci mutatione dicitur, & ostēsum sit nec augmentationē, diminutionē, nec alterationē, motum primū esse posse, relinquens legitimū motum secundū locū esse primum. ¶ Secunda, motus secundū locū primū est motū & tpe, & natura, & pfectio. ¶ Terciū, qdā, qdā eterna non ceterū tpe sunt prora: hic autē eternus est, ceteri autē non eterni. Naturā, qdā sunt alia cōstitutū pōt, alii autē sine tpo minime. Generatio etiā (vt placet Democrato) nihil aliud est qdā secretio: & corruptio, cōcretio, qd autē motū secundū locū sūt, aut sine eo non sūt. Etaugmetatio non sit sine delatiōe cibū & potū, aut partū secundū locū dermutatione. Et diminutio augmetationē habet priorē. Et alteratio (vt dictū est) egat alteratē, quod quidem alterabilis (motu secundū locū factō) apratur, applicatur. Statuuntq. principia alteracionum oīm & caliditatis, frigiditatis, mollicie, duritiae, leuitatis & grauitatis, raritatis & densitatē: quā sine motu locali non ererunt. Perfectione vero, ceteris perfectiorē statuuntur. Primo, qdā perfectissimis corporibus aptatur. Secundo, qdā naturā ab imperfectis ad perfecta procedere cōploratum habemus. Motus autē secundū locū non statim australibus posteaq. in luce edita sunt cōuenit: sed ipsiā fā adultis & perfectis. Generatur enī prīus, angētū, & alterātur, & ultimō incedunt & progressiuntur. Et idē nec plātis nec oībus australibus, sed pfectis cōuenit. Et si dicas, prīus dicebas motū secundū locū primum: nunc vero affers postremū. Dicitur ipsum in rebus naturalibus singulis posteriorē, & ortū & generationē, ipsum & ceteros motus alios augmetationē, diminutionē, alteratioē, & corruptionē precedere; sed est aliud vniuersi secundū locū motus, qui generationis & aliorum ratiōnēs

etiam causa est quem diximus esse primum. Ex quo tibi iterum lucide liquet (cum generatio primum motum esse non possit, ut quia oportet omnia esse generabilia, tum quia aliud habet priorem ut causam) nullum consequentem eam primum motum esse posse, ut augmentatione, diminutione, alteratione, & corruptionem. Sunt enim in generatione consequentes, & ea posteriores. Tertio, quia quod motu locali mouentur, minimum a sua substantia naturaque decidunt, non autem sic est de augmentatione, cum qua pariter auctum substantia accipit, diminutio, cum qua substantia perdit, alteratione, quod plerique res a suo esse demutantur. Quarto, siue motus, nomine motus sibi videntur soli, ut cum quid feratur, ipsum simpliciter mouens dici mus. Cum vero augetur, minuitur, alteratur, speciali nomine, aut nomine motus cum addito uenit. Et quod seipsum mouet, solum se illo motu mouet. Signum est igitur ipsum ceteris praestare, & dignitate, & perfectione, & stabilitatem quandam habere. ¶ Tertia, nullus motus, nullaque mutatione poterit eam quod secundum locum est, continua est & perpetua. Hec evidens sam pene facta est, sed hoc paulo quod prima communior est. & eadem est ratio, quia omnes alias mutationes arceret & clauderet oppositis, ut generatio a non ente in ens periret, ex contra corruptio. Augmentatione & diminutio magnitudine, & paritate, qualitate perfecta & imperfecta clauduntur. Alterationes contrariis affectionibus, passionibusque, nulla igitur mutationem alia, continua & perpetua est. Unde cum motus quod sit in contraria, contrarii sunt, adiuuicem continuerat, vniuersitas non posse fuit, sed mutas in uno contrario quiete, & mutatione & immutatio opponuntur: & generatio & corruptio, & particularis generatio & particularis corruptio. Si enim continuaetur, vniuenturque simul idem motibus contrariis moueri dicetur, & oppositis mutationibus mutantur, ut alios nigrificere, innascere corrumpi, & ita in ceteris. Etenim modo si motus non continuaetur atque vniuentur, sed inter eos tempore intercipitur inde, ut manifeste in ortu, obseruantur, deprehenduntur. Incognitus enim est ut ortum continua (nullo interiecto tempore) intereat, & in aliis mutationibus continua reperiatur. Physticum enim est, in omnibus sece consumiliter habere. ¶ Et si opposueris, motus contrariarum quiete, igitur motus non contrariatur motui. Nam idem esset pluribus contrarius. ¶ Prouta responsio est, uno modo motum contrariarum quiete ut habitum priuationis, & alio modo motui ut contrarium contrario, & habitum habitui. Id autem inconveniens non est.

**S**eptimi capitis prima conclusio. Nullus accidentalis motus per motum secundum locum potest esse unus, continua: est perpetuus. ¶ Num manifestum est esse unum primum motum quod continua est & eternus, cum primum motus semper continua mouatur, tamen recte non est eternum. Sed huc motus unum contrarium est perpetuum, esse motum secundum locum, ita ostenditur. Nam augmentatione contrarij continua terminis, cum alium in principio ei quod alius contrarium sit, similiter diminutio terminis clauditur contrario, & alteratio modo, ut caliditate, frigiditate, humiditate, secutae. Etiam ut sit alteratio, requiritur alterans quod interducat alterabili propinquius est, interduum remotus, quod non est alteratio iugis continua. Nam cum propinquius est alterans, sit alteratio, cum uero abest remotus, non sit. Tunc sic completur argumentum. Secundum tria dicamenta sit motus accidentalis, secundum qualitatem augmentatione & diminutio, secundum alteratio, est secundum ubi mutatione secundum locum. Et aliquis motus est unus continua est eternus. At augmentatione diminutio & alteratio non sunt motus unus continua est eternus, quod motum terminis contrarij clausum, eternum esse est primum impossibile est, igitur motus secundum locum est motus primus unus continua est eternus. ¶ Secunda conclusio. Motus secundum locum universi primus est motum tempore, naturae, & perfectione. ¶ Tempore quidem, quia eterna non est eternus, sunt tempore priora. Sed motus secundum locum eternus est, alij autem motus non sunt eterni, igitur motus secundum locum est alij tempore prior. Naturae, quia motus secundum locum sine alijs motibus fieri potest. Ceteri enim revolutione ut fiat, non indiget inferiorum corporum motibus. Alij autem motus sine ipso fieri non possunt. Nam generatio secundum Denitionem sententia non est nisi corporum disgregatio, est corruptio, concreatio. Disgregatio autem est concreatio aut sunt motus secundum locum, aut non sunt sine motu secundum locum. Augmentatione autem indiget relatione cibis potius, & coru secundum locum mutatione, ergo non fit sine motu secundum locum. Quod si augmentatione mutatione secundum locum indiget, multo potius est diminutio. Nam augmentatione prior est est in affirmacione, diminutio uero posterior est in negatione, hec ad imperfectionem & interitum tendit, illa uero ad perfectionem. Alteratio autem indiget alterante, quod per motum secundum locum ipsi alterabili applicatur est propinquius sit, ut alteratio efficiat. Præterea antiqui ponunt raritatem & densitatem esse principia omnium alterationum, ut calefactionis & frigefactionis, sed raritas est deinde sine motu locali non sunt. Nam cum sit rarefaction, corpus occupat maiorem locum quam prius. Et cum cedatio, minor est, igitur alteratio indiget motu secundum locum, est per consequens motus secundum locum est natura prior alijs. ¶ Quod uero motus secundum locum sit prior alijs perfectione, patet primo, quia motus qui perfectissimum concuerit corporibus, est perfectissimus. Perfectioribus enim corporibus natura perfectiores dedit affectiones, ut perfectiores sunt affectiones ignis quam acris, sicut ignis aer perfectior est. Aut motus secundum locum concuerit corporibus perfectissimus scilicet celestibus, quorum supremum celum loquaciter perfectissimus est, igitur motus secundum locum est perfectissimus. ¶ Secundo, natura ab imperfectis ad perfectam procedit. Quod in tenera planeta productione, est in naturali hois perfectione copertus, exploratumque habetur. Motus autem secundum locum quo alia a seipsum mouentur, non statim concuerit alialibus cum primum sunt genita, sed cum perfecta sunt est. Adulta. Prior enim alia generatur, aut geritur, est alteratur, est postremo mouetur a seipsum ut abulat, uolat, natat, aut reparet. Præterea motus secundum locum quo quod a se mouetur non pluit nec olla diabolus sed perfectus soli concuerit, igitur ceteris perfectior est. Quod enim pauciorum natura cetera tur, perfectio est, ut tanto ad perfectionem magis accedit, quanto ad unitatem. ¶ Quod si quis dicat, prior perfectus est quod motus secundum locum est ceteris motibus tempore prior, ergo male non ponitur ceteris tempore posterior. ¶ Respondeatur motus secundum locum quo alia a seipsum moueri dicuntur, in alio tempore posterior est alijs motibus, non generatio, augmentatione est alteratio huiusmodi motus secundum locum (ut dictum est) perfectus. Motus autem secundum locum universi, alteratur natura a tali alialii motu primus est tempore omni motu, est generationis ceterarumque transmutationem rerum naturalium causa. Nam autem generatio non posset esse primus motus (primo genitum) quia non coportaret omnia esse generabilia, quod falsum est. Nam primus motus omnis mobilis est primo quod posterioribus concuerit complicitur. Secundo uero quia generatio habet alijs motum

qui dicitur  
motus  
secundum locum tempore  
et natura sit  
alijs motibus  
prior.

Quod si quis se  
dicat, prior alijs  
conuerit corporibus, est perfectissimus. Perfectioribus enim corporibus natura perfectiores dedit affectiones, ut perfectiores sunt affectiones ignis quam acris, sicut ignis aer perfectior est. Aut motus secundum locum concuerit corporibus perfectissimus scilicet celestibus, quorum supremum celum loquaciter perfectissimus est, igitur motus secundum locum est perfectissimus.

O biectione.  
Eius solutio.

Quod in tenera planeta productione, est in naturali hois perfectione copertus, exploratumque habetur. Motus autem secundum locum quo alia a seipsum mouentur, non statim concuerit alialibus cum primum sunt genita, sed cum perfecta sunt est. Adulta. Prior enim alia generatur, aut geritur, est alteratur, est postremo mouetur a seipsum ut abulat, uolat, natat, aut reparet. Præterea motus secundum locum quo quod a se mouetur non pluit nec olla diabolus sed perfectus soli concuerit, igitur ceteris perfectior est. Quod enim pauciorum natura cetera tur, perfectio est, ut tanto ad perfectionem magis accedit, quanto ad unitatem. ¶ Quod si quis dicat, prior perfectus est quod motus secundum locum est ceteris motibus tempore prior, ergo male non ponitur ceteris tempore posterior. ¶ Respondeatur motus secundum locum quo alia a seipsum moueri dicuntur, in alio tempore posterior est alijs motibus, non generatio, augmentatione est alteratio huiusmodi motus secundum locum (ut dictum est) perfectus. Motus autem secundum locum universi, alteratur natura a tali alialii motu primus est tempore omni motu, est generationis ceterarumque transmutationem rerum naturalium causa. Nam autem generatio non posset esse primus motus (primo genitum) quia non coportaret omnia esse generabilia, quod falsum est. Nam primus motus omnis mobilis est primo quod posterioribus concuerit complicitur. Secundo uero quia generatio habet alijs motum

